






HIST. CRIT.
M. BURIAN.







III/17

DISSERTATIO HISTORICO - CRITICA

De

Duplici Ingressu in Transsilvaniam

GEORGII BLANDRATÆ

Primò quidem:

Ad Aulam Isabellæ Reginae,
Annò Domini MDXLIV.

Secundò autem:

Ad Aulam Joannis Sigismundi,
Annò Domini MDLXIII.

Recentente

MICHAELIS BURLIAN

Archi - Diacono

Cathedrali.

Annò Domini 1806.

Albo - Carolinæ.

g.

u.

334.549

TYPIS CONVENTUS CSIKIENSIS.

BIBLIOTECA JUDEȚEANĂ
MUNICIPALĂ HARGHITA

XXVIII

B. L.

Singula, quæ hac in Differtatione, & fig-
nanter §. I. legeris verba, B. Decretô
R. Tolerantiæ fulminata, non mea, nec
a me ullo modo adoptata, sed præcisè
Auctorum ad calcem ubique citatorum
esse scito.

Imprimatur.

A. Carolinæ 3. Apr. -806,

J. Mártonfi *m.pr.*



Reverendissimo Domino Andreae Pál,
Præposito S. Stephani R. H. de Castro A-
grienſi, Metropolitanæ Eccleſiæ Agrienſis
Lectori, & Canonico, nec non in Lyceo
Episcop. Agrienſi Studiorum Pro-Directori

Michaël Burian
felicitatem ſempiternam!

Quod Annis ab hinc duobus ſupra de-
cem liberaliter in gremio Venerabilis Ca-
pituli Agrienſis cum aliis Illm̃is, ac Rm̃is
DD. Canonicis celeberrimo I. Regni Hun-
gariæ Historiophilo Stephano Katona præ-
ſtititſti, id ſolus hodie longe majori cum libe-
ralitate in me effundis Reverendiſſime Do-
mine Præpoſite, dum ad publicandam ty-
po opellam meam *de Duplici Ingreſſu GE-
ORGII BLANDRATÆ in Transſilvani-
am* expenſas ſubminiſtrare dignaris.


Longe majori dico Te uti in me liberalitate; quanto enim ibi Merita Scriptoris nunquam satis celebrandi eminebant luculentius, tantò in me illa desiderantur evidentius.

Habet interim singulares factum & TUUM, & meum rationes. Ut adeo: nec ego alteri, quàm Tibi Dissertationem meam offerre *licite* valuerim, nec TU alteri, quàm mihi, hunc favorem *justè* præstare potueris: five enim *dulce* illud *natale solum*, quod TE amplissimæ olim Diæcesi Agriensi dederat, veniat in quæstionem: *Transsilvanus es*; five Officia Canonicalem ante Dignitatem a Te gesta, recenseantur, celeberrimo in Lyceo Agriensi *Professor meus eras*; five denique
In-

Instituti hodierni ratio conferatur, (liceat parva magnis comparare) exiguus Capitularis honor meus tanto per tuum splendorem adjuvatur magis, quanto omnium reddituum genere me non tantum excedis, sed reipsa illis a me distingveris.

Transsilvanus itaque Transsilvano, discipulus Magistro, Archi-Diaconus Cathedralis Tibi Præposito, ac Lectori Canonico, & tandem: florentissimarum olim disciplinarum Theologicarum Agriensium Alumnus Pro-Directori hodierno eodem jure Dissertationem suam sustinet dedicare, quô ejusdem Principatus Filii, discipuli, ac Professores, Capitulorum membra, ac denique Scientiarum Alumni, atque Pro-Directores inter se connectuntur; Quibus

Officiis, certe pulchris, & magnis, se porro quoque omnibus viribus satisfacturum spondet discipulorum minimus, Idem, qui supra. Accipe Reverendissime Domine Præposite Arrhabonem, exiguum hoc munus oblatum, sed magnam offerentis voluntatem.





PRÆFATIO.

Disciplinarum Theologicalarum prælectionibus in Academia Claudiopolitana olim occupatus, dum Tractatum de Myſterio SS. Trinitatis adornarem, præfari quidpiam discipulis meis de **GEORGIO BLANDRATA** primo dogmatis *Sociniani* in Transſylvania Præcone neceſſario debui, duplicis tamen ejus in Transſylvania commorationis ne memini quidem, taceo, ut hanc Auditores meos docuerim, idque ideo, quia cum omnibus rerum Transſilvanicarum Scriptoribus æque eandem ignorabam.

Anno ſuperiore initia Religionis Socinianæ in Polonia inveſtigare aggreſſus, fieri haud poterat, quin rurfus in præſatum Medicum inciderem, diſceremque clariuſ **GEORGIUM BLANDRATAM** in Poloniam commiſſiſſe Anno 1558; ſequè primo Cætui Calviniano-Reformatorum ad-

dixisse, teste siquidem Lubieniecio (1)
 „ Relicto Saxonum de consubstantiatione
 „ dogmate, Helvetiorum de Sacramento
 „ sententiam amplexæ erant (Ecclesiæ)
 „ Quæ res usque ad Annum 1558 acerri-
 „ me fuit agitata „

Dum fata BLANDRATÆ in Polonia uberius peruestigare, eo tandem sum delapsus, ubi antea pedem fixeram, BLANDRATAM nempe Anno 1563 e Polonia in Transsilvaniam intravisse: qui ingressus cum ab Historicis evidenter doceatur, cui vel incidere potuisset, Religionem Socinianam ante Parentem suum in Transsilvania ortum habere debuisse?

Et tamen non aliud dicunt omnes illi, five Domestici, five Extranei Scriptores, qui Aulam Isabellæ Arianismo infectam, Consiliarios Sociniano dogmate corruptos, verbo: Religionem *Unitariam* in Transsilvania sub Isabella disseminatam prætendunt.

Si namque BLANDRATA Anno 1563 venit in hunc Principatum, quî fieri po-

poterat, ut jam sub Isabella Regina, quæ Anno 1559 e vivis excessit, dogma Socinianum disseminaverit? vel si fecit ante Annum 1559, qua ratione erit verum, quod BLANDRATA in Transsilvaniam venerit Anno 1563? En Ænigma historicum! cui evolvendo quò plus laboris consecrabam, eò densioribus tenebris me obrui sentiebam, donec tandem rarissimum illud MStum, quod penus litteraria pie denati Exllmi D. C. Eppi Ignatii Batthyáni mihi præbuit, (Processum de cæde Martinusii intelligo) faciem prætulisset, meque evidenter docuisset, BLANDRATAM longe ante Annum 1563 in Transsilvaniam intravisse, aut Romano-Catholicum; hincque Eum discessisse, ut altera vice Anno 1563 rediisse dici possit.

Quid multis B. Lector? totius Dissertationis meæ substantiam brevissime accipe: Venit BLANDRATA ad Aulam Isabellæ e Polonia ut Romano-Catholicus, adeoque tunc *Sociniani* dogmatis Seminator non fuit. Discessit e Transsilvania cum Isabella in Poloniam Religioni Romano-

Ca-


Catholicæ addictus, sed Reginae valedicendo, post varia itinera Ticini Avitam Religionem principiis oppositis maculare cæpit, fugâque sibi consulens, Genevam venit, ubi, ipsi Joanni Calvino de dogmate Servetiano suspectus, tute esse non poterat, sed in Poloniam jam internè Socinianus abiit, unde tandem Anno 1563 in Transsilvaniam rediit Parens Unitariæ Religionis futurus. Natus Annô 1516. Capularis Senex Annô 1588 *e vivis sublatus.*
(1)

IN-

(1) Georgius Blandrata Alphonfi Filius in Reverfal. ex Autogr.

INDEX

Rerum, de quibus agitur in hac Dissertatione.



PARS PRIMA. Pagina.

§. I. II.

Occasio hujus Dissertationis adornandæ. 1. 3.

§. III.

Antilogia Historica proponitur. 5.

§. IV.

Textus Cl. Bayle non solvit Antilogiam. 5.

§. V.

Duplici Ingressu BLANDRATÆ in Transsilvaniam solvitur Antilogia. 6.

§. VI.

Clarissimi Patriæ Historici & supplendi, & corrigendi. 7.

§. VII.

A. BLANDRATA fuit Physicus Isabellæ, & hoc probatur *Primo*. 8.

§. VIII.

§. VIII.

Pagina

Objectiuncula quædam diluitur. 9

§. IX. X.

BLANDRATAM fuisse Medicum Isabellæ; probatur 20, & 30. 10. 13

§. XI.

Additum Cl. Katona examinatur. 13.

§. XII.

BLANDRATAM fuisse Medicum Isabellæ probatur 40. 15.

§. XIII. XIV.

B. Annus, quô BLANDRATA primo in Transsilvaniam venit, figitur, & probatur. 16. 17.

§. XV.

De ingressu BLANDRATÆ in Transsilvaniam contrarium docentes, inferius suo loco refellendi. 18.

§. XVI.

C. BLANDRATA primò in Transsilvaniam ingressus, non fuit *A catholicus*. 19.

§. XVII.

Primus Ingressus BLANDRATÆ in Transsilvaniam hætenus ignotus, stat pro Avita Ejus Religione. 21

§. XVIII.

BLANDRATA primò ingressus in
Transsilvaniam fuit Romano-Catholicus. 22.

§. XIX. XX. XXI.

Hoc ipsum uberius probatur. 23. 24. 27.

§. XXII. - XXVI.

Proponuntur objectiones, & solvun-
tur. 28. - 34.

§. XXVII.

Uberius refellitur P. Timon. 36.

§. XXVIII. XXIX.

Proponitur objectio ex Pápai, & sol-
vitur. 38. 39.


§. XXX. - XXXIV.

Proponuntur objectiones e Spondano,
& solvuntur. 41. - 45.

§. XXXV. - XXXVII.

Opponitur e Florimundo, & refelli-
tur. 48 - 52.


PARS SECUNDA.



§. I.

Cl. Bayle non probat itinera BLAN-
DRATÆ. 55.

. II.



§. II.

Pagina.

Isabella abit Cassoviam cum BLANDRATA.

56.

§. III.

Præter BLANDRATAM quinam fuerint cum Regina? nihil ad hanc Dissertationem.

57.

§. IV.

Quinam fuerint Cassoviæ cum Regina? ex Istvanfio non discimus.

59.

§. V.

BLANDRATA fuit Cassoviæ cum Regina Isabella.

60.

§. VI.

BLANDRATA cum Regina Cassoviâ migrat in Poloniam.

61.

§. VII. VIII.

Cl. Istvánfius refellitur.

62. 63.

§. IX.

Illm̃i Palma, & Forgáts emendantur.

66.

§. X.

Annum 1551um Cassoviæ clausit Isabella.

67.

. XI.

Isabella Caffoviâ ivit in Poloniam, ac
Oppoliam: sed apud Matrem diutius man-
sit. 69. 70.

§. XIII.

Isabella rediit in Poloniam e Ducatu
Oppoliensi. 70.

§. XIV.

BLANDRATA e Polonia discessit
in Italiam. 71.

§. XV.

BLANDRATA ex Italia transivit
Viennam ut Romano - Catholicus. 72.

§. XVI. XVII.

BLANDRATA Viennâ rediit in Ita-
liam. 74.

§. XVIII.

E præmissis duo elucent. 76.

§. XIX.

BLANDRATA de hæresi suspectus
venit Genevam. 77.

§. XX.

BLANDRATA Genevam veniens,
addixit se Cætui Protestantium. 78.

BLANDRATA Anno 1558 Genevâ,
fugit in Poloniam. 79.

§. XXII. - XXV.

Dissertatio Exllm̃i D. C. Ignatii Bat-
thyáni omni cum humilitatē examina-
tur. 81. - 84.

§. XXVI. - XXXVI.

Solida ex eadem Dissertatione pro-
ponitur difficultas, & solvitur. 85. 96.

§. XXXVII.

Dissertationis Batthyánianæ *Nrus 6tus*
emendatur. 97.

§. XXXVIII.

BLANDRATA in Polonia visitavit
etiam suos. 99.

§. XXXIX.

BLANDRATA fit Senior Poloniæ
minoris. 101.

§. XL.

Fleurianus Continuator refellitur. 102.

§. XLI.

BLANDRATA venit in vehemen-
tissimam suspicionem. 103.

. XLII.

§. XLII.

Pagina.

BLANDRATA exhibet Professionem

fidei.

104

§. XLIII.

BLANDRATA summe sollicitus de

se, vocatur in Transsilvaniam.

105

§. XLIV.

Ouo ordine collocandi Scriptores, qui de Secundo Adventu BLANDRATÆ in Transsilvaniam egerunt?

107

§. XLV.

Scriptores Adventus Secundi BLANDRATÆ in Transsilvaniam Annum non determinantes.

108

§. XLVI.

Scriptores Adventus Secundi in Transsilvaniam BLANDRATÆ Annum determinantes.

109

§. XLVII.

Scriptoribus Domesticis in subiecta materia adnumerari nequit Istvánfius.


111

§. XLVIII - LII.

BLANDRATÆ Adventus Secundus in Transsilvaniam e Scriptoribus Domesticis probatur.

112 - 120

§. LIII.



§. LIII.

Pagina.

BLANDRATAM venisse ad Aulam
Joannis II. Anno 1563, autoritate Extra-
neorum probatur. 122

§. LIV. LV.

Dissertationis Batthyánianæ *Nrus XI*
refertur, & refutatur. 124. 125.

§. LVI.

Hornii opinio refutatur. 126

§. LVII.

Conclusio Partis Secundæ. 127

PARS TERTIA.



§. I.

Origo Religionis Unitariæ investi-
ganda. 130


§. II. III. IV.


Lælius, & Fautus Socini nullam
fundarunt Ecclesiam. 131 134

§. V.

Sollicitudo Exllmī D. C. Eppi Igna-
tii Batthyáni. 135

§. VI.





§. VI.

Pagina.

Scriptores Romano - Catholici occupant tempus ortûs in Transsilvania Religionis Unitariæ. 136

§. VII.

Ortus Religionis in Transsilvania, ab una Romano - Catholica hucdum vigente, alienæ. 139

§. VIII.

Illa Religio, quæ in Transsilvania a Romano-Catholica diversa fuit primò, ducit nos ad ortum Unitariæ Religionis. 140

§. IX.

Dubia illa, quam nonnulli obtendunt, Confessionis Lutheranae coalitio, nihil nocet assertioni præmissæ. 141

§. X. XI.

Quid in duabus primis Synodis egerint Lutherani? 143 145

§. XII. - XV.

Acta præcitatae Synodi non obfunt Dissertationi huic. 146 - 150

§. XVI.

Synodus Cibiniensis celebrata est Anno 1553. 152

§. XVII. - XIX. Pagina
 Quid hominis Stancarus? 154 - 157

§. XX.

Contra Stancarum Synodi Lutheranae
 celebrantur. 158

§. XXI.

In recensenda Synodo Óváriensi disse-
 runt Scriptores. 159

§. XXII.

Martinus Kálmán Csehí venit in
 Transsilvaniam. 161

§. XXIII.

Articulus Synodi Cibiniensis. 162

§ XXIV.

Sequela ex hactenus productis Actis
 Synodalibus. 163

§. XXV.

Quid dicendum ad quorundam crimi-
 nationes? 164

§. XXVI.

Ex ipsa Synodo Cibiniensi sumpta
 difficultas solvitur. 166

§. XXVII.

§. XXVII.

Pagina.

Stancarus nunquam fuit Unitarius,
nec hujus Religionis posuit femina in
Transsilvania. 167

§. XXVIII.

Anno 1557 Claudiopoli Synodus cele-
bratur. 169

§. XXIX.

Sphalmata quædam Cl. Michaelis Koz-
ma emendantur. 170

§. XXX.

Sphalmatum expositio, ac emendatio
continuatur. 173

§. XXXI.

Anno 1558 in materia Religionis quid
actum? 176

§. XXXII.

Anno 1559 Religionis vicissitudi-
nes. 178

§. XXXIII.

Conclusio ex hætenus citatis Actis Sy-
nodalibus. 180

§. XXXIV.

Pagina.

Actorum Diætaliū sit quasi basis Decretum Ludovici II^{di}. 181

§. XXXV.

Quid petierint I. Status, & Ordines Anno 1523? 182

§. XXXVI.

Litteræ Ludovici II. ad Comitem Cimbiniensem. 183

§. XXXVII.

Observatio Critica, & illatio e præmissis. 184

§. XXXVIII.

Differentiæ Ferdinandum I. inter, & Joannem I. quantum Religioni nocuerint? 187

§. XXXIX.

Quid sub Isabella ordinatum in materia Religionis? 189

§. XL.

Quid Anno 1552, qui apud P. Timonem est nominatissimus, ordinatum? 190

§. XLI.

§. XLI.

Argumentum Sphi præcedentis confirmatur. 192

§. XLII.

Articuli Diætalis sensum obvium figit denominatio primitiva Religionis Lutheranæ. 193

§. XLIII.

Objectiuncula quædam proponitur, & diluitur. 195

§. XLIV.

Scriptores Domestici per citatum Articulum Diætalem refelluntur. 197

§. XLV.

Ex eodem Articulo objectio formatur, & solvitur. 198

§. XLVI.

Solidior objectio alia proponitur. 199

§. XLVII.

Ad præmissam difficultatem Responsio Anonymi. 220

§. XLVIII.

Anonymi data Responsio examinatur. 201

Secunda pars Responſionis Anonymi
examinatur. 204

§. L.

Solutio Difficultatis. 205

§. LI.

Diffidia Acatholicorum Comitia ex-
poſcunt. 206

§. LII.

Celebris illa Synodus, cui BLAN-
DRATA Præſes dabitur, Diætaliter de-
cernitur. 208

§. LIII.

Greſſus Diſſertationis ad functiones
GEORGII BLANDRATÆ. 209

§. LIV.

BLANDRATA fit Præſes Synodi
Enyedienſis. 210

§. LV.

BLANDRATA quâ Præſes quomo-
do ſe geſſerit? 212

§. LVI.

Nihil hæcenus de Unitariis. 214

§. LVII

§. LVII.

Id ipsum probatur autoritate interna, & domestica. 215

§. LVIII. - LXI.

Cl. Kozma emendatur. 219 - 231

§. LXII.

BLANDRATA Præsidio Enyedienſij
usus in suum scopum. 235

§. LXIII.

BLANDRATÆ, & Francisci David
dis commercium. 236

§. LXIV.

BLANDRATA habet jam discipulum,
sed occultum. 238

§. LXV.

Initia Religionis Unitariæ in Transsil-
vania. 240

§. LXVI. LXVII.

Objicitur e MS Batthyániano, &
solvitur. 241 242

§. LXVIII.

§. LXVIII.

BLANDRATA comitatur quidem Joannem II. ad Solimannum, sed Franciscus David operatur domi. 244

§. LXIX.

Princeps redux ad sedandos tumultus Synodum indixit nullo sequuto effectu. 246

§. LXX.

Audiendus hic Cl. Kozma. 248

§. LXXI.

Observationes Criticæ. 551

§. LXXII.

BLANDRATÆ Religio Anno 1568 in Transsilvania triumphat. 255

§. LXXIII.

Romano-Catholicæ Religionis Status in Transsilvania. 259

§. LXXIV. LXXV.

Num Bernardinus Ochinus Professoribus Religionis Unitariæ in Transsilvania adnumerari possit, ac debeat? 260

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Conclusio Partis Tertiæ.

268

PARS QUARTA.

§. I.

BLANDRATA quô Annô na-
tus? 270

§. II.

BLANDRATA quô Annô mor-
tuus? 271

§. III. - VI.

Diversæ opiniones referuntur. 272 274

§. VII.

BLANDRATA mortuus est Anno
1588. 275

§. VIII.

Cl. Veszprémi, & Bod refutantur. 278

§. IX.

BLANDRATA quo mortis genere
sublatus? 279

§. X.

Socini, & Cl. Hoornbeck Sentimen-
tum. 280

§. XI

§. XI.

BLANDRATAM in lecto suffocatum
multi scribunt. 28

§. XII.

Quorundam singulares opiniones. 282

§. XIII.

Cl. Florimundi Opinio. 283

§. XIV.

BLANDRATAM in Polonia suffo-
catum dicunt aliqui. 285

§. XV.

Leonardi Rubeni opinio. 287

§. XVI.

Conclusio Partis Quartæ. 288






DISSERTATIONIS


HISTORICO-CRITICÆ

PARS PRIMA.

§. I.

Occasio hujus Dissertationis
adornandæ.



 Cum parte ab una Clarissimorum Regni
Hungariæ, & Transsilvaniæ Historico-
rum lucubrationes de regimine Aug.
Cæsaris Ferdinandi I, Joannis I. ac Viduæ Ejus
Reginæ Isabellæ, nec non Joannis II. attentius
revolverem, in illisque sequentia mihi occurre-
rent (1) „ Ex quarta Constitutione hujus con-
„ ventus patet, jam fuisse in Transsilvania Sa-
„ cramentarios, sive Calvinianos, Anabaptistas
A &

1) Timon Epitom. Cron. p. m. 164.



„ & Arianos „ item (1) „ acta ejus (*Stephani Báthori*) à Joannis Sigismundi Con-
 „ fulariis ariana peste infectis in invidiam vo-
 „ cata sunt „ Porro : (2) „ GEORGIO BLAN-
 „ DRATA homine Italo - - qui ob pestiferum
 „ Ariani (Arii) virus patriâ pulsus in Transsil-
 „ vaniam concesserat, ac provinciam fœdissima
 „ illa tabe corruerat „ item : (3) „ quam
 „ (Religionem) BLANDRATA Isabellæ Medi-
 „ cus Socinianismo inquinaverat „ mox : (4)
 „ à BLANDRATA Medico impiis Socini errori-
 „ bus innutriri (Filium) prudens, volensque
 „ permisit „ (Isabella) rursus : (5) „ BLAN-
 „ DRATAM Medicum ei (Filio) moderato-
 „ rem dedit, (Isabella) qui nulla imbutum
 „ religione Principem Unitarium effecit „ ad
 „ hæc (6) „ Hanc (doctrinam BLANDRATÆ)
 „ Arii pestiferis erroribus infectam fuisse (*dum*
 „ *in aula Isabellæ esset*) postea patuit „ item :
 „ (7) „ nondum in cute noverat BLANDRA-
 „ TAM (*Verantius*) quum eum Gaspari Pechio
 „ hac epistola laudat „

§. III.

(1) Timon ad An. 1563. p. m. 188.

(2) Pray Annal. Tom. V. p. 458.

(3) Idem Hist. Reg. P. 3. p. 122.

(4) Palm. edit. alt. P. 3. p. 93. 94.

(5) Idem edit. 3æ P. 3. § 24. p. 64.

(6) Katon. Hist. Crit. Tom. XXI. p. 612.

(7) Idem loco cit. p. 663.



§. II.

Parte vero ab altera Scriptores de Ortu, & Progressu variarum in Transsilvania Religionum tractantes inspicerem, adversaria mea Theologica consulerem, in illisque hæc formalia legerem : (1) „verum cum nec hic (*in Polonia*) „ quiete degere posset (*BLANDRATA*) Cal- „ vino scriptis suis eum persequente, a Joanne Sigismundo Principe circa An. 1563. vocatus, concessit in Transsilvaniam „ (2) Unitariæ hujus in Transsilvania Religionis primus propagator extitit GEORGIUS BLANDRATA Italus Pedemontanus Med. Dr. qui Paviâ Genevam se recepit - - - mox vero ubi Socinianam de Christo DEo proponeret sententiam, nec satis tutum illic se putaret, An. 1558. in Poloniam secessit, unde An. 1563. in Transsilvaniam venit munere Archiatri in aula Principis functurus (3) Inter hæc evocaverat in Transsilvaniam Joannes Princeps Hungariæ & Transsilvaniæ Joanne Scepusio Rege ab Hungaris electo, ex Isabella Sigismundi I. Regis Poloniæ Filia genitus GEORGIUM BLANDRATAM. Illo anno 1563. typis

A 2

pu-

(1) Sandius in Bibl. Antitr. p. 28.

(2) Trans. Tom. 2. p. 130.

(3) Lubien. Hist. Refor. Pol. p. 170.



„ publicis exscripta Brestia Litvanorum - - Bib-
 „ liorum universorum versione „ (1) „ Ille
 „ (BLANDRATA) mutavit scenam anno 1563.
 „ vocatus in Transsilvaniam per Principem Jo-
 „ annem Sigismundum „ (2) „ BLANDRA-
 „ TA GEORGIUS fatalis Medicus gente Italus,
 „ patria Pedemontanus Saluciensis, deserta avi-
 „ ta religione factus est primum Calvinii, post-
 „ ea Serveti, tandem Socini assecla, ut alibi
 „ gentium, in Italia, Helvetia imprimis, &
 „ Polonia, ita in nostra quoque Transsilvania
 „ magnas in sanctiore Republica excitavit tur-
 „ bas: ex vicina quippe Polonia, quam Arii ve-
 „ nenis jam imbuerat, in Transsilvaniam anno
 „ 1563 delatus in aulam Joannis II. electi Hunga-
 „ rorum Regis commigravit „ (3) „ anno 1563.
 „ a Principe Joanne Sigismundo ut Medicus cor-
 „ poris vocatus, BLANDRATA venit „ & ut
 „ multos alios silentio involvam, Jacobus Christ.
 „ Iselin ait (4) „ anno 1563. a Joanne Sigis-
 „ mundo Transsilvaniae Principe in Transsilva-
 „ niam evocatus aulae Medicus nominatus est, ubi
 „ doctrinam suam publice profiteri cepit „ (5)
 His inquam collatis:

§. III.

(1) Bayl. Dict. Hist. p. 564.

(2) Veszprem. Biogr. p. 20. Art. Blandrata.

(3) Quartalschrift Tom. 5. p. 318.

(4) In Lexico Univers. p. 512.

(5) Non statim, sed tardius.



§. III.

Antilogia Historica proponitur.

Temperare mihi non poteram, quin aut primam Scriptorum relationem, aut alteram Eorundem assertionem in dubium vocarem. Videbam enim illum, qui anno 1563. venit in Transsilvaniam, jam antea in Aula Isabellæ & corporum Medicum, & Divinitatis Jesu Christi opugnatores, ac Religionis Socinianæ Satorem prædicari; quod ab homine in Transsilvania nondum existente, quæ fieri potuerit? non apparet. Aut enim Isabellæ *Medicus* non fuit GEORGIUS BLANDRATA, si primum anno 1563. venit in Transsilvaniam: aut, si Isabellæ *Medicum* egit, non præfato anno, sed longe ante debuit BLANDRATA in hunc Principatum commigrare.

§. IV.

Textus Cl. Bayle non solvit
Antilogiam.



Dicit quidem Cl. Bayle (1) GEORGIUM BLANDRATAM ante iter Genevense Medicum

A 3

in


(1) Dict. Hist. p. 564. Artic. *Blandrata*.



in Transsilvania exercuisse, atque adeo ante annum 1553, circa cujus finem Ticino profugus (1) Genevam venit, in Transsilvania fuisse; ast quia hoc assertum nullo documento firmat Cl. Scriptor, relationem supra laudatorum Clarissimorum Historicorum tanto minus salvat, quanto certius est BLANDRATAM ad Aulam Joannis Sigismundi anno 1563 venisse.

§. V.

Duplici ingressu BLANDRATÆ in Transsilvaniam solvitur Antilogia.



Neque crederem Antilogiam hanc Historicam hodie fide digne solvi posse, nî rarissima penus litteraria pie denati Excellmi Domini Comitis Ignatii Batthyáni, dum viveret Episcopi Transsilvaniæ omni eruditionum genere, sed cum primis antiquitatum Historicarum cognitione notissimi, succursum præberet, doceretque evidenter: GEORGIUM BLANDRATAM Unitariorum (ut hodie vocari malunt) in Transsilvania Parentem, bis in Transsilvaniam venisse. Primo quidem ut Romano - Catholicum (saltem externe) ex Polonia ad aulam Serenissimæ

(1) Sand. Bibl. p. 28. & ex illo alii.



mæ Reginae Isabellæ anno 1544. Secundo itidem ex Polonia ad aulam Principis Joannis Sigismundi anno 1563 dogmati Anti-Trinitariorum addictum.

§. VI.

Clarissimi Patriæ Historici & supplendi,
& corrigendi.

GEORGIUM BLANDRATAM multis ante 1563um annis in Transsilvania diversatum, ac Isabellæ Reginae Physicum fuisse, illi ipsi dicunt, quorum historica scripta propositam Antilogiam apud me pepererunt. Si namque BLANDRATA Isabellæ Medicus Religionem Socinianismo inquinavit, ut placet Cl. Pray (1) Si BLANDRATAM Isabella Filii sui in principis Religionis Sociniane nutritium volens permittit, (2) sicque Principem Unitarium effecit, (3) ut scribit Ill. Palma. Si denique: Antonius Verantius BLANDRATAM in aula Isabellæ in cute nondum notum Pechio commendavit, ut e suo addit Cl. Katóna (4) profecto me nihil probante, affirmant prælaudati Clarissimi Histori-

A 4

ri-

(1) Hist. Reg. Hung. P. 3. p. 122.

(2) Edit. alt. P. 3. p. 93. 94.

(3) Edit. 3æ P. 3. §. 24. p. 64.

(4) Hist. Crit. Tom. XXI. p. 663.



rici BLANDRATAM fuisse Anlicum Isabellæ.
Hæc tamen partim addenda, partim emendanda:

A. Duo primi relationem suam nullo documento probant: hoc igitur debet suppleri.

B. De anno adventus BLANDRATÆ in Aulam Isabellæ nihil proferunt: igitur annus debet figi.

C. Demum: hominem tunc (externe saltem) Romano-Catholicum, ut *Socinianum* omnes tres traducunt, sicque initia Unitariæ in Transilvania Religionis (quod nec ipsi Unitarii, documentis destituti facere audent) admodum occupant: hoc igitur debet refutari.

§. VII.

A.

BLANDRATA fuit Physicus Isabellæ:
& hoc probatur *Primo*.

BLANDRATAM Isabellæ Medicum fuisse, atque adeo ante annum 1563um jam in Transilvaniam venisse, ne nude affirmare videar cum laudatis Cl. Scriptoribus, produco e supra citata penu Batthyana Processum, quem intuitu cædis *Georgii Martinusii* coram Nuncio Apostolico Rmo Hieronymo Martinengo annis 1552 & 1553 ordinante Summo Pontifice Julio III. for-



formari petiit Aug. Imperator Ferdinandus I. In hoc Processu de Teste XXImo inter reliqua hæc leguntur : (1), „ Excellens Dñus GEORGIUS „ BLANDRATA Saluthienfis Serenissimæ Dominae Isabellæ Hungariæ Reginae Physicus -- in „ interrogatus a quanto tempore citra cognoverit „ Fratrem Georgium ? respondit -- ex quo servio „ Reginae Isabellæ novi Fratrem Georgium „ Ecce & Testem interrogans, & ipse Testis interrogatus (qui fuit BLANDRATA) clare dicunt GEORGIUM BLANDRATAM fuisse in servitio Reginae Isabellæ.

§. VIII.

Objectiuncula quædam diluitur.

Ne vero quispiam hocce servitium Medici Budæ, aut alibi extra Transsilvaniam præstitum suspicaretur, addit *Fatens*, se eousque fuisse in servitio Reginae, „ donec Regina exiret ex „ Transsilvania „ (2) dubitari igitur non potest BLANDRATAM in Transsilvania fuisse Servitorem Isabellæ, & non Budæ, tanto quidem a fortiori, quod Archiater Regius in Aula Joannis I. fuerit ADRIANUS (3) & non BLANDRA-

(1) Acta Processus Martinusiani.

(2) Acta eadem.

(3) Veszpr. Biogr. Cent. 2. p. 1



DRATA. Imo ipsius etiam Isabellæ jam Viduæ anno 1543 ADRIANUM, & non BLANDRATAM fuisse Medicum dicunt Haner (1) Lampe, sive Paulus Ember. (2) Unde sequitur BLANDRATAM anno 1543, nondum fuisse in Aula Isabellæ.

§. IX.

BLANDRATAM fuisse Medicum Isabellæ: probatur *Secundo*.

Alterum documentum, quo probatur BLANDRATAM fuisse Medicum Reginae Isabellæ, subministrat mihi supra laudata penus litteraria; Epistolam scilicet Antonii Verantii 28. 7br a. 1546 Cracoviâ datam ad ipsum BLANDRATAM his verbis (3) „ Omnino serius, quam debem, nec enim sine causa; sed tamen mitto „ jam litteras, quas ad te ab amicis tuis Venerabilibus acceperam: cum quibus & salutationes „ multæ sunt datæ, & commendationes plurimæ factæ, easque etsi ipsemet brevi quidem „ coram, auspice Deo, diligenter exequar, & „ Thaddæo præstantissimo Medico, & Paulo Grado-

(1) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 201.

(2) Hist. Eccl. Lib. 2. p. 91.

(3) e MS. Batthyanianis.



„ donico Viro Nobili, amicis tuis amantissimis
„ hac in parte pro illorum singulari erga te stu-
„ dio cumulate satisficiam; nunc tamen hæc Epi-
„ stola utcumque poterit, perferet functionis hujus
„ officium, quo citius cum tuis colloquare. Ego
„ vero interim vehementer me tibi, & meam
„ causam, de qua jam pridem ad te summa fi-
„ ducia scripseram, studiosissime commendo.
„ Cæterum audio te discessum in Italiam medi-
„ tari, & nisi falso intellexerim, cælum istud
„ Transsilvanicum minus tibi salubre causaris.
„ Quare quum ad veram amicitiam plurimum
„ spectare arbitrer amicis recte, atque libenter
„ consulere, Tibi mi BLANDRATA, consule-
„ rem, si quid modo consilio meo non est apud te
„ proximo errore detractum, mirificeque te ro-
„ gare, ne istam raræ virtutis, atque integri-
„ tatis, liberalitatisque Reginam destitueres:
„ præsertim si illi obsequium, moresque tui pro-
„ bantur. Neque enim de doctrina, de industri-
„ a, non de reliqua sufficientia quicquam dico,
„ de qua etiam Venetiæ satis pro tua existima-
„ tione magnifice loquuntur. Verum mihi cre-
„ das, quod sicut & sub saluberrimo cælo hu-
„ mana corpora morbis sunt obnoxia, quum po-
„ tissimum ex nobis ipsis causæ morborum pro-
„ ficiscantur, quod tu melius nosti, cui Physi-
„ ca ratio plenius constat: ita & feliciorum for-



„ tunam ubi semel elabi permittimus, raro ea-
 „ dem ad nos revertitur. (1) adde præterea,
 „ quod & hujusmodi copia Principum, atque
 „ Nationum non ubique occurrit; esto, quod
 „ quam plurima, & quam amplissima Regna per-
 „ agraris, quemadmodum & Isabella Regina
 „ est, & Hungarorum Natio, apud quam externis
 „ hominibus, cum ad opes per industriam, tum
 „ ad omnium Gentilitiarum Dignitatum, Offi-
 „ ciorumque subsellia facultas per Virtutem con-
 „ cedatur. -- vale. 28^a Septembr. MDXLVI.
 „ Cracov „ Discimus ex his Verantii Litteris
 BLANDRATAM jam anno 1546. fuisse in Trans-
 silvania, quia „ cœlum Transsilvanicum mi-
 „ nus sibi salubre causabatur „ Discimus, ab Eo-
 dem Venetias ad Amicos litteras datas fuisse,
 quibus discedendi e Transsilvania cogitationes se
 suscepisse significavit. Discimus denique BLAN-
 DRATAM in aula Isabellæ fuisse, eamque ibi
 conditionem consequutum, quæ non tantum illi
 debebat esse præ omnibus aliis gratissima, ut u-
 berius in præfata epistola scribit Verantius, sed
 ob quam „ etiam in Italia non solum cum ho-
 „ nore nominabatur, sed etiam cum gloria præ-
 „ dicabatur „ (BLANDRATA.)

Id

(1) Hæc scribit Verantius propria experientia doctus, quia
 juvenili æstu abreptus, valedixerat Aulæ Isabellæ Regi-
 næ, sed rediit.



§. X.

Id ipsum probatur *Tertio*.

Addere lubet tertium documentum, Litteras nempe prælaudati Verantii, quibus Pechio sequentia refert: (1) „ GEORGIUS BLANDRATA Medicus confecit negotium tuum „ apud Reginam ex animi tui sententia, Vir enim est summa humanitate, & amicis natus. „ Quare nulli hac in re homini debere te memin- „ mineris, præter quam illi soli. Amat namque „ te amore non vulgari. - - vale. 28. Maii. „ MDXLVII. ex Trans. Alb. Gyul. „ Patet ex his Litteris: & BLANDRATAM fuisse in Aula Isabellæ, & Verantium ex Polonia rediisse, atque probabiliter intercedente apud Reginam BLANDRATA, cui se Verantius semel, ac iterum commendaverat, priori in Aula Officio restitutum has Litteras ad Pechium dedisse.

§. XI.

Additum Cl. Katona examinatur.

Silentio hic illud premere nequeo, quod Cl. Katona præcitata Verantii epistolam suis lucu-

cu-



cubrationibus inferens, hæc præmittat: (1)
 „ nondum in cute noverat BLANDRATAM
 „ (Verantius) quum eum Gaspari Pechio hæc
 „ epistola laudat „ Quasi vero Virtus vel in ini-
 mico non esset laudanda! Et Verantius BLAN-
 DRATÆ commensalis, ac omni litterarum co-
 gnitione excultus minus vidisset, animadver-
 tissetque siue intus, siue *in cute* BLANDRA-
 TÆ, quam nostri Scriptores integris duobus
 seculis ab illo remoti!

Neque salvat crism Cl. Viri illud, quod
 ibidem additur his verbis: „ postea patuit „
 quod idem est; ac: *eventus docuit*. Eventus
 enim, præterquam quod ipsam etiam infan-
 tiam BLANDRATÆ commaculare deberet,
 cum id, quod *postea patuit*, reipsa fuerit pes-
 simum; unice probat BLANDRATAM a Fide
 salvifica tandem defecisse: ast eum in Aula Isa-
 bellæ Reginæ Arianum, Servetianum, Socini-
 anum, aut Unitarium fuisse, tam parum pro-
 bat, quam parum probet Eundem Isabellæ Me-
 dicum egisse in Transsilvania.

Deinde: si ad id, quod *postea patuit*, seu
 ad *eventum* placet confugere, dico: *eventum*
 BLANDRATÆ varium fuisse, Is enim post-
 quam avitam Religionem abjecit; primò fuit

Cal-

(1) Hist. Crit. Tom. XXI. p. 663.



Calvinianus, (1) mox *Servetianus*, (2) porro: *Socinianus*, (3) tandem: a fervore Soci-
nianismi propagandi remittens, (4) opera PP.
Societatis JESU Romanæ Ecclesiæ reconciliatus,
(5) ex quibus quid aliud potest inferri? quam
quod Cl. Veszpremi eleganter de BLADRATA
notavit, (6) „novissime nulli Religioni fuit
„intime addictus,,

Signanter: si Ecclesiæ Romanæ ex animo
fuisset reconciliatus, non condidisset procul dubio
Testamentum tale, quo Fratruelem a successio-
ne in bonis excludit, si Religionem Christianam,
ac Evangelicam (7) deseruerit, & ad *Papatum*
redierit. (8) verbo: debebat Cl. Katona & illud
Persii (9) præ oculis habere: „Ego te intus,
& in cute novi.

§. XII.

BLANDRATAM fuisse Medicum Isabellæ
probatur *Quarto*.

Ne multis rem adeo claram urgere pergam,
ipsius BLANDRATÆ verbis eandem confi-
ci-

(1) Veszpr. Cent. 1. p. 20. Iselin. p. 512.

(2) Veszpr. l. c. Ref. Pol. p. 117. 118. 184.

(3) Veszpr. l. c. Wiffov. p. 213.

(4) Bayl. Art. *Blandrata*. sub G.

(5) Veszpr. Cent. 1. p. 21.

(6) Idem loc. cit.

(7) id est: *Unitariam*. Diff. huj. P. 3. §. XLII.

(8) Vide Diff. hujus cit. § *phum*.

(9) Sat. III. v. 30.



ciam, qui in superius citato Processu ad 3um Art. hæc fatetur. (1), „ Ego per octo annos vidi hanc „ rem, & non sufficerent tres quaterniones chartæ ad describendam ejusdem rei unam partem, etenim semper, & continuo fuit afflicta „ (Regina) persecutionem passa, & decepta „ ab isto Fratre una cum Filio „ item (2) Hoc „ quod ego dico, fuit totum in præsentia mea, „ qui semper per octo annos continuos fui pænes Reginam „ His clariora cum nemo producere queat, sed nec a me ullus vel desiderare possit, credo sufficientissime demonstratum esse, quod BLANDRATA post primum suum in Transsilvaniam ingressum fuerit Medicus Isabellæ Reginae, & quidem, ut statim vidimus, octo annis in Transsilvania, quorum primus procul dubio ille est, quò BLANDRATA primò in Transsilvaniam venit.

§. XIII.

B.

Annus, quo BLANDRATA primò
in Transsilvaniam venit,
figitur, & probatur.

Posteaquam constat e *Spho* præcedente
BLANDRATAM octo annis fuisse in Aula
Trans-

(1) Process. Martin. pag. 662.

(1) Ejusd. Process. p. 662. 670.



Transsilvanica Isabellæ, juxta Titulum verò fassio
ni BLANDRATAianæ præfixum (1) certum sit
a. 1553. BLANDRATAM Viennæ in Austria
commorantem fassionem in Processu Martinusi-
ano emisisse, ac Viennam ex Italia venisse, (2)
absque omni hæsitatione inferri posset, BLAN-
DRATAM Isabellæ Aulam adiisse a. 1544. E
quingenta tribus namque si *octo*, quibus
fuit in servitio Reginæ, & *unus*, quô fuit Vi-
ennæ, adeoque *novem* anni subducantur, ma-
nent *quadraginta quatuor*, ut omni consideran-
ti patet.

§. XIV.

Nolo interim a supra laudatis Cl. Historicis
Consequentiariis adnumerari, sed evidenti te-
stimonio ipsius BLANDRATÆ annum adven-
tûs sui ad Aulam Isabellæ statuo: qui in sæpius
citato Processu (3) „ interrogatus, a quanto
„ tempore citra cognoverit Fratrem Georgi-
„ um? respondit: ab anno 1544. ex quo ser-
„ vio Reginæ Isabellæ „ nullus igitur ambigen-
di locus relinquitur, BLANDRATAM primò
venisse in Transsilvaniam anno 1544. & qui-
dem

B

dem

(1) Actum die XVII Augusti 1553 Viennæ in domo ha-
bitationis Rmî Dñi Nuncii Apostolici. Process. p. 658.

(2) quia hoc Anno in Italia est confessus. Vid. Diss. huj.
P. 1. §. XVIII.

(3) Process. Martin. p. 659.



dem e Polonia, (1) mansisseque octo annis in Aula, donec Regina e Transsilvania migraret in Poloniam. Cum vero fide historica certum sit, Isabellam Ferdinando I. Transsilvaniam resignasse a. 1551., quô nempe & Martinus occisus est, negari pariter nequit, octo annos Servitii BLANDRATÆ in Aula Isabelle ita numerandos venire, ut *quadragessimus quartus octo* annorum numerum ingredi debeat, id est: a quadagesimo quarto anno inclusive, octo annis mansit BLANDRATA in Transsilvania.

§. XV.

De ingressu BLANDRATÆ in Transsilvaniam contrarium docentes inferius suo loco refellendi.

Refellendi hic essent omnes illi, qui post 1551um, & ante 1563um annos BLANDRATAM ingressum in Transsilvaniam scribunt; ast quia hi simul & in eo refutandi veniunt, quod BLANDRATA ante annum 1563um Mysterium Trinitatis in Transsilvania non tantum impugnaverit, sed & alios errorem hunc docuerit, inferius erit locus similes revincendi.

post-

(1) Processus Martinus. p. 659. in verbis: e Polonia per Varadinum.




postquam nempe constiterit, BLANDRATAM prima vice ad Aulam Isabellæ venientem, ac cum Eadem e Transsilvania egredientem, fuisse Romano - Catholicum. (saltem externe) Nunc igitur hæc duo probata, & extra controversiam posita pronuncio; alterum: quod BLANDRATA fuerit Medicus Isabellæ, atque hoc Scriptores rerum Transsilvanicarum huc dum nullo documento comprobarunt. Alterum: quod BLANDRATA ad Aulam Isabellæ anno 1544. venerit, & de eo supra laudati Cl. Historici ne quidem mentionem injecerunt. Modo id probandum restat, quod BLANDRATA in Transsilvaniam prima vice veniens non fuerit ACATHOLICUS.

§. XVI.

C

BLANDRATA primo in Transsilvaniam ingressus non fuit ACATHOLICUS.



Si omnis præsumendus bonus, donec probetur malus. Si, teste S. Augustino: (1)
 „Hoc loco: nolite judicare, & non judicabi-
 „mini, nihil aliud nobis præcipitur, nisi ut ea

B 2

„ fa-

(1) Lib. 1. de Serm. Dom. in Mon. c. 17.



„ facta, quæ, dubium est, quô animô fiant, in
 „ meliorem partem interpretemur „ Si (1) „ du-
 „ bia in meliorem partem sunt interpretanda „
 Si juxta Regulam Innocentii III. (2) „ illum,
 „ quem indignum non nosti, dignum debes æ-
 „ stimare „ Si porro (3) „ qui judicat Fra-
 „ trem suum - - judicat legem „ Si denique (4)
 „ qui dixerit Fratri suo fatue, reus erit gehem-
 „ næ ignis „ Certe a fortiori ut *Hæreticum*,
 ut *Arianum*, ut *Socinianum* traducere non li-
 cet aliquem, ut ut hodie apertissimum ACA-
 THOLICUM, pro illo tempore, respectu cujus
 non tantum destituimur documentis, suspitio-
 nem aliquam de defectione ejus a Fide Roma-
 no - Catholica ingrentibus, sed imo habemus
 argumenta clarissima talem Romano - Catholicis
 adnumerandi. Argumenta hæc pro Catholicismo
 GEORGII BLANDRATÆ sequentes §phi de-
 clarabunt.

§. XVII.



(1) Gloss. in Cap. 14. Epist. ad Rom.

(2) Cap. *Ex parte de Scrutinio*.

(3) Jacobi Cap. 4. v. 11.

(4) Matth. 5. v. 22.




§. XVII.

Primus ingressus BLANDRATÆ in Transsilvaniam hætenus ignotus, stat pro Avita ejus Religione.

De primo in Transsilvaniam ingressu GEORGII BLANDRATÆ, qui contigit anno 1544. (1) cum hætenus ne somniaverit quidem ullus, procul dubio Eum pro incerto tempore *Socinianis* adnumerare, nihil est aliud, quam ignotum per absurdum probare. Quemadmodum igitur documentis destituti Scriptores tam Extranei, quam Domestici ingressus primi annum BLANDRATÆ altissimo silentio involverunt, ita de Religione Ejus aliud scribere nec debent, nec poterant cum veritate, quam quod documentis firmare valebant; Hæc autem cum hætenus desiderentur, BLANDRATA in Romano-Catholica Religione natus, atque educatus, pro primo ingressu sui tempore ut ACATHOLICUS non tantum absque proba, sed iniquissime traducitur.

B 3

§. XVIII.





§. XVIII.

BLANDRATA primo ingressus in Transilvaniam fuit Romano-Catholicus.



Enimvero: a Romano-Catholicis Parentibus natum, Catholice educatum, a Catholicis Professoribus tam Religionis, quam aliarum Scientiarum principiis imbutum, Romano-Catholicæ Religionis Sacramentis utentem, Romano-Catholicum dicendum esse, ille negaverit, qui celebre illud S. Augustini (1) in dubium vocat: „ In nullum nomen Religionis seu verum, „ seu falsum coagulari homines possunt, nisi a „ liquo Signaculorum, vel Sacramentorum visibilibus consortio colligentur „ item illud: (2) „ Dissensio vos, & divisio facit Hæreticos, „ pax vero, & unitas (supposito semper „ Baptismo) facit Catholicos. „

Jam autem **GEORGIUM BLANDRATAM** a Catholicis Parentibus natum, docet Patria, quia fuit Italus. Baptizatum, ac Catholice educatum, postulat ipsa Religio, quam puer profitebatur. Ab Catholicis Professoribus, & non A catholicis principia Religionis, ac Scientiarum ha-

(1) Lib. 19. contr. Faust. Manich. c. 11.

(2) Lib. 2. contr. Litt. Petil. c. 97.



hausisse, evincunt Statuta, & Leges omnium in Italia Academiarum: sed exigit etiam ipsum S. Inquisitionis Officium; atque de his hæcenus nullus dubitavit. Altiolem ingressus ætatem BLANDRATA, ac signanter illis annis, quibus in Aula Isabellæ erat, atque dum Eidem valedixit, qui fuerit addictus Religioni, satis aperte docet hæc BLANDRATÆ fassio in toties citato Processu Martinusiano consignata (1)

„ Super generalibus interrogatoriis interrogatus
„ respondit: se hoc anno (1553.) confessum
„ fuisse, & Sacram Eucharistiam sumpsisse in
„ Mestri prope Venetias „ quæ verba quid aliud significant apud Romano - Catholicos, quam BLANDRATAM ut Romano - Catholicum coram Nuntio Apostolico fassionem suam emisisse? Eumque hæcenus Avitam Religionem retinuisse.

§. XIX.

Hoc ipsum uberius probatur.

Juvant insigniter præmissam BLANDRATÆ fassionem circumstantiæ illæ, quibus Medicus in Aula Isabellæ erat constrictus; Aulici namque Reginæ erant partim Romano - Catholici, partim Lutherani. Illis prælucebant Regina, &

B 4

Mar- 4

(1) Process. Martinus. p. 658.



Martinusius cum Verantio, ac Michaelē Csáki; his præibat Petrus Petrovitsius: & tam hi, quam illi errores contra Trinitatem, ac Christi Domini Divinitatem æque abominabantur. Quomodo igitur vel fingi pōtēst BLANDRATAM solum tam ignotam, ac invisam Aulæ, ut erat Arii, Religionem vel profiteri, taceo disseminare, ausum fuisse? vel si, his non obstantibus, fecisse prætenditur; qui sunt illi, quibus novum dogma contra Trinitatem, Jesu Christi Divinitatem instillavit? quos traduxit a Romano-Catholica fide, aut a Lutheri placitis occasione primæ suæ mansionis in Transsilvania ad *Socinianismum*, aut *Arianismum* BLANDRATA? nisi enim de nomine Profelyti Ejus enumerentur, fidem assertio nullam meretur.

§. XX.

Confirmantur præmissa.

A fructibus eorum cognoscetis eos, (1) dicit æterna Veritas, „ mala enim arbor malos „ fructus facit „ (2) Fructus hominis Acatholici (ut prætenditur) principalis fuisset discipulos formare; BLANDRATAM autem sub Isabel-

(1) Matthæi cap. 8. v. 16.

(2) Ibidem cap. 7. v. 17.



bella nullum omnino discipulum habuisse, adeoque nec Eundem Romano-Catholicam fidem abjecisse sequenti evincitur argumento: Fide historica certum est longe ante in Polonia seminari cæptos esse errores contra Mysterium Trinitatis, ac Divinitatem Christi Domini, quam dogma hoc in Transsilvaniam fuisset illapsum; at vero in Polonia anno 1556 die 21 Januarii (1) primus *Petrus Gonesus* Episcopi Vilnensis antea Clericus, fuit tam audax, qui absolutis Vittembergæ studiis, multum peregrinatus, ac tandem in Poloniam redux, in Synodo Saceminiensi (Palatinatus Cracoviensis) a Luteranis celebrata has propositiones protulit:

- „ a. Symbolum Apostolicum probo, sed cætera,
- „ ut Nicænum, Athanasianum &c. rejicio.
- „ b. Trinitas non est Deus.
- „ c. Filius Dei est quidem Deus, sed minor
- „ Patre.
- „ d. Filius qua Deus semper exhibuit Patri honorem.
- „ e. Christus omnia accepit a Patre.
- „ f. Deus Pater est solus verus Deus.
- „ g. Verbum invisibile, immortale in tempore-


(1) Aët. Syn. Polon. MS. Sand. in Bibliot. Antitr. p. 41.
And. Wiflov. p. 211. Joan. Stoinius p. 187. apud Sandium.



- „ re conversum est in carnem in utero Virginis.
 „ h. Verbum invisibile est semen Filii incar-
 „ nati.
 „ i. Nulla datur Communicatio Idiomatum.
 „ k. Una tantum est Natura in Christo.
 „ l. Nulla datur Consubstantialitas Filii cum
 „ Patre.
 „ m. Christus homo conversus est in Deum.
 „ n. Deus sive Verbum conversum est in ho-
 „ minem.

Qua igitur vel specie veritatis potest dici,
 quod jam sub Isabella, quæ una cum BLAN-
 DRATA migravit e Transsilvania (ut inferius
 videbimus) anno 1551, Aulam Reginalem con-
 taminaverit BLANDRATA Socinianismo? &
 quod plus, Principem ipsum Joannem Sigis-
 mundum ad latus Matris existentem, cujus Tu-
 tor erat Georgius Martinusius Romano-Catho-
 licæ Religionis strenuus defensor, *impiis Soci-
 ni erroribus innutriri* (1) Isabella, & Tuto-
 res usque adeo permiserint, ut *Medicus Prin-
 cipem Unitarium effecerit?* (2)

§. XXI.



(1) Palma edit. alt. P. 3. p. 93. 94.

(2) Idem edit. 3^a P. 3. §. 24. p. 64.



§. XXI.

Urgetur hoc ipsum solidius.

Enimvero: BLANDRATA, ut vidimus §§. XIII. & XIV. venit in Aulam Isabellæ anno 1544. fuitque in illa in Transsilvania octo annis, docente §. XII. Fuit itaque usque ad annum 1551. quô Isabella Principatui huic renunciare debuit, atque in Poloniam recedere.

Joannis Sigismundi, has duas Epochas distingvere possumus: *Primam*: a Nativitate Joannis usque ad adventum BLANDRATÆ in Aulam Isabellæ. *Alteram* ab adventu BLANDRATÆ usque ad abitum Ejus e Transsilvania. Anno adventûs BLANDRATÆ Princeps erat 4. annorum, quia natus est a. 1540. VII. Julii. (1) Tempore abitûs erat XI. annorum, quia BLANDRATA abivit e Transsilvania a. 1551. Quid ergo octo illis annis (dato, non concessio, quod Medicus fuerit Arianus) quid inquam cum tali puero effici poterat, qui teste Illmo Palma, (2) *constanter in Gynecæo velut carcere quodam clausus educabatur?* Educatio certe hæc corrupta tanto minus potest al-

(1) Sigl. apud Beli. p. 70. & Comm. Hist.

(2) Edit. 3æ. P. 3. §. 24. p. 64.



allegari, quod ipsam Reginam *Arianismo* infectam præterquam quod nulla sincera manus notet, absque gravissima ignominia dici, aut scribi nequeat: contrarium autem non tantum e Bruto (1) depromi possit, sed etiam ab Antonio Verantio Aulico, & Consiliario Isabellæ, qui Reginam intime noverat, hæc ad BLANDRATAM scribantur: (2) „ *Te rogarem, ne*
 „ *istam raræ virtutis, atque integritatis, liberalitatisque Reginam destitueres.* „

Profecto: si, judice eo, quem adversarium in fatis BLANDRATÆ patior (3) „ *injuri-*
 „ *am faciunt Joanni* (Patri Sigismundi)
 „ *qui* (duce Spondano) *a Sacris Romanis eum*
 „ *recessisse memorant* „ longe majori afficiunt injuria Isabellam Viduam, qui *Socinianismo* quo quo modo Eandem afflatam prætendunt.

§. XXII.

Solvitur objectio una.



Lego equidem apud S. Joannem sequens ef-
 fatum: (4) „ Ex nobis prodierunt, sed non e-
 rant

(1) apud Bethl. L. 3. p. m. 626.

(2) Supr. §. IX. in Epist. Verantii.

(3) Timon Epit. Chron. p. m. 159.

(4) Epist. 1. Cap. 2. v. 19.



„ rant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, per-
„ mansissent utique nobiscum; sed ut manifesti
„ sint, quoniam non sunt omnes ex nobis „
In quæ verba S. Scripturæ ait S. Augustinus:
(1) „ Ex nobis exierunt, sed nolite tristes
„ esse, non erant ex nobis. Unde probas?
„ quodsi fuissent ex nobis, permansissent utique
„ nobiscum. Hinc ergo videat Charitas vestra,
„ quia multi, qui non sunt ex nobis, accipi-
„ unt nobiscum Sacramenta, accipiunt nobis-
„ cum Baptismum, accipiunt nobiscum, quod
„ norunt Fideles se accipere, benedictionem,
„ Eucharistiam, & quidquid in Sacramentis San-
„ ctis est: ipsius Altaris communionem acci-
„ piunt nobiscum, & non sunt ex nobis „ o-
mnia igitur superius allata argumenta pro *Ca-*
tholicismo BLANDRATÆ elevantur his ver-
bis: *non erant ex nobis.*

Verum quidem est BLANDRATAM *finaliter* non fuisse ex nobis, quia in fide Romano-Catholica non perseveravit usque in finem, sed dogma Socinianum est professus; hoc autem antequam fecisset, sumpsit Sacramenta veræ Religionis cum fidelibus, cum illis tamen perseverare noluit, sed *exivit, prodivit* e sinu Romano-Catholicæ Ecclesiæ; verbo: BLANDRATÆ

(1) Tract. 3. in C. cum 1a Ep. Joann.



TA cum Catholicis sumpsit Sacramenta, non quâ *Socinianus*, sed qui futurus erat *Socinianus*. Alioquin: si plus velint adversarii ex SS. Joanne & Augustino contra me inferre, sequetur BLANDRATAM nunquam fuisse Romano-Catholicum, quod nec ipsi admittunt.

§. XXIII.

Proponitur altera objectio.

Nec illud me fugit, quod in Polonia anno 1562 die 10a Martii in Synodo Xianxiensi sequentem fidei exhibuerit BLANDRATA professionem (1) „ Fateor me credere in unum „ Deum Patrem, & unum Dominum Jesum „ Christum Filium ejus, & in unum Spiritum „ Sanctum, quorum quilibet est essentialiter „ Deus. Deorum pluralitatem detestor, cum „ unus nobis sit tantum Deus essentia indivisi- „ bilis. Fateor tres esse distinctas Hypostases, „ & æternam Christi Divinitatem, ac genera- „ tionem, & Spiritum Sanctum verum, & æ- „ ternum Deum ab utroque procedentem, cum tamen fide historica certum esset BLANDRATAM jam ante annum 1558 in Helvetia Gene-
væ

(1) Andr. Wangerseus Slav. Reform. L. 1. C. 13. p. 86. Hist. Reform. Polon. p. 130.



væ Divinitatem Christi Domini negavisse, (1) ipseque Lubieniecus hanc Confessionem fidei *fucatam* dicat: (2) quidni igitur & falsio illa, mediante qua se BLANDRATA Viennæ anno 1553 Romano-Catholicum prodit, supra porrectæ fidei professioni suppar reputari possit, ac debeat? idque tanto magis quod jam anno 1553 Pavia in Helvetiam semet subducere debuerit ob errores avitæ Religioni oppositos.

§. XXIV.

Solvitur præcedens objectio.



Quandoquidem Historicus nihil supponere, sed omnia documentis firmare debet; dico: præmissam difficultatem speciosam magis, quam fundatam esse. BLANDRATAM siquidem jam in Helvetiam a fide Romano-Catholica defecisse, imo, qua Acatholicum in Helvetia migrasse, ipsum iter Genevense (quod profugus confecit) Inquisitionis S. in Italia operatio (cujus manus vix effugit) Bezæ, & Calvinii Litteræ, Serveti doctrina ob quam anno 1558 etiam Geneva fugere debuit in Poloniam, (3) satis, superque

(1) Benkô Trans. Tom. 2. p. 130.

(2) Hist. Reform. Polon. p. 130.

(3) Diss. huj. P. 2. §. XXI.



que probant, professionem BLANDRATÆ Synodo seu Xianxiensi, seu Pinczoviensi porrectam *fucatam, falsam, vacuum* fuisse. Verbo: non vacuum hanc esse ratiocinationem: BLANDRATA jam Genevæ anno 1558 negaverat Trinitatem, & Jesu Christi Divinitatem: ergo dum hanc ad iteratas Calvinii Litteras, ad repetitas Lutheranorum urfiones in Polonia confitetur, *fucate, subleste, ad speciem, simulate* facit. Contra vero: quo documento probatum est hæctenus BLANDRATAM a Catholicis Parentibus natum, Catholice educatum, Catholicas Scholas frequentantem anno 1544 in Transsilvaniam non Catholicum, sed *Socinianum* venisse? & postquam venit: qualis Inquisitio? ubi? quo anno? detexit illum penes Isabellam ACATHOLICUM fuisse? Quis ostendit hæctenus fide digne BLANDRATAM ex Italia per Poloniam in Transsilvaniam ob dogma *Socinianum* migrare debuisse?

Breviter: BLANDRATAM Genevâ ob Serveti doctrinam debuisse discedere in Poloniam docent litteræ Calvinii, & Bezæ: Ast Viennæ BLANDRATAM non Romano - Catholicum deposuisse suam passionem, prætendi, temere supponi, ac affirmari potest quidem, sed quopiam documento probari minime; ut adeo: verum maneat BLANDRATAM prima vice in
Trans-



Transsilvaniam ingressum fuisse Romano - Catholicum, talemque e Transsilvania cum Regina discessisse, Catholicumque anno 1553 Viennæ in Austria suam passionem emisisse.

§. XX V.

Proponitur Tertia Objectio.

Hactenus allegatis, fateor non plene refutatum esse hanc P. Samuelis Timon opinionem: (1) „ Ex quarta Constitutione hujus Conventionus patet, jam fuisse in Transsilvania Arianos „ (anno nempe 1552.) Citat nimirum prælaudatus Scriptor Georgium Haner, qui in sua Historia Ecclesiarum Transsilvanicarum (2) hæc habet „ Deinde anno 1552 Ministri Ecclesiarum Saxonicarum Synodum conscribebant „ Cibinium, electoque Paulo Wiener -- in Episcopum, seu Superintendentem Generalem, „ Ordinationis munus ei demandabant, & conditiones in hoc negotio observandas eidem „ præscribebant, quas, cum multum conducere „ plerisque queant, huc annotare non supervacaneum fuerit „ (sequuntur conditiones observandæ.

C

Can-

(1) Epitom. Chron. p. m. 164.

(2) Hist. Eccl. Lib. 4. p. m. 217.



„ I. Candidati Ministerii, capita, & locos
 „ doctrinæ Christianæ teneant, recitent, expli-
 „ cent, & Catechismum probe norint.

(*Secundam, & Tertiam omitto.*)

„ IV. De Articulis controversis contra Pon-
 „ tificios, Sacramentarios, Anabaptistas, An-
 „ ti-Trinitarios, & similes, veram Sententi-
 „ am ostendant, & testimoniis confirment „


(*Quintam rursus omitto.*)

„ VI. Quibus in Summam, & Formam sub-
 „ jicimus Confessionem Augustanam, ejusdem
 „ Apologiam, utrumque Catechismum Luthe-
 „ ri, & Articulos Schmalcaldicos „

En Constitutionem illam Quartam Conven-
 tus Saxonici, ex qua infert prælaudatus Scri-
 ptor, olim Jesuvita fuisse jam a. 1552 Anti-
 Trinitarios in Transsilvania.

§. XXVI.

Solvitur objectio ex Timone ducta.



Si P. Samuel Timon Conventus Saxonici
 scopum principalem uberius cum Lectoribus
 communicasset, omnis pervidere facili negotio
 poterat, illationem esse violentam. Etenim:
 electo *Superintendenti* Ordinationis munus de-
 mandabatur, ac *Ordinandis*, seu *Candidatis*

Mi-



Ministerii obligationes 6. punctis comprehensæ proponebantur. Obligationes hæ *Candidatos* stringebant quidem, at puncto quarto enumeratas Religiones singulas in Transsilvania existere debuisse, tam absurde prætenditur, quam absurde diceretur, *practicam* Adversariorum refutationem solis *Candidatis* commissam esse ab Ecclesiis Saxonîcis in Transsilvania.

Quemadmodum igitur scientia hæc *Candidatorum* Adversarios Augustanæ Confessionis refutandi erat præcise *theoretica*, *speculativa*, & non *practica*, quia *refutatio practica* Pastoribus, & non *Candidatis* committebatur: ita Adversarii refutandi non debebant *actu* omnes dari in Transsilvania, sed tantum repræsentari, ad instar v. g. Exercitiî Militaris, quod a Milite identidem prætenditur, ut suo tempore sciat hostem vincere ubicunque existentem.

Imo: si re ipsa Synodus Cibiniensis Art. IVtum citatum contra specificatas ibidem Religiones condidisset etiam, & non solis *Candidatis* præscripsisset, quid hi scire debeant examinandi, haud tamen sequeretur, ut imperterritè vult P. Timon, *Anti-Trinitarios* in Transsilvania fuisse anno 1552; sicut ex eo, quod Leo X. Romæ in Italia condemnaverit Lutherum cum sequacibus, inferri nequit in Ita-



lia, & signanter Romæ fuisse Lutheranos.

§. XXVII.

Uberius refellitur P. Timon.

Fide historica certum est (quod & Articuli Diætales testantur) anno 1552 *Sacramentarios*, seu *Calvinianos* non fuisse in Transsilvania, quia placita Joannis Calvinii in hunc Principatum penetrarunt primò anno 1557, (1) & hoc non obstante, in citata per Timonem Constitutione IV. mentio est *Sacramentariorum*: ergo Constitutio aliter intelligi nequit, quam *ampliative*: id est: ubicunque sint tales refellendi, sciant refutare.

Ad hæc: Diætales Articuli docent *Anabaptistas* e Hungariâ ultimo exesse jussos intra spatium 4. hebdomadarum anno 1556 (2) in Transsilvaniam autem receptos per Gabrielem Bethlen Principem Alvinczium, qui electus est Princeps XXII. Octobris a. 1613, ac ejusdem Mensis die XXVII. confirmatus (3) jam: sive ex Hungaria *expulsionis*, sive in Transsilvaniam

am

(1) Parispapai in hunc ann. Benkő Trans. Tom. 2. p. 127.

(2) Diæt. Pos. h. a. celebr. Art. 26. Statutum etiam est, ut *Anabaptistæ omnes de omnium Dñorum bonis -- e regno penitus ejiciantur.*

(3) Appr. Const. P. 2. Tit. 1. Art. 3.



am *receptionis publicæ* tempus inspiciamus, certum est annum 1552um longe ante effluxisse, quin fuerint in Transsilvania *Anabaptistæ*: igitur Constitutio IV. per Patrem Timon allegata feriebat *Anabaptistas* extra Principatum existentes.

Tandem: Articuli novi in Transsilvania *Candidatis* Lutheranis non proponebantur, quos populum suo tempore docerent, sed ipsissimi, qui in Confessione Augustana, ejus Apologia, utroque Catechismo Lutheri, & Articulis Schmalcaldicis continebantur: ergo etiam dogmata Augustanæ Confessioni opposita, & a *Candidatis* refutanda, illa ipsa proponebantur. (fuerint, an minus in Transsilvania) quæ a supra citatis Lutheranorum *Scriptis* (ut illi vocant) oppugnabantur, oppugnabantur autem *Pontificiorum, Anabaptistarum: Schvenkfeldianorum, novorum Arianorum, novorum Anti - Trinitariorum* dogmata: ergo pariter horum doctrinam debebant damnare, refellere, oppugnare seu Pastores, seu Candidati in Conventu Cibiniensi Lutheranorum, quin sequatur harum Religionum singularum homines debuisse esse in Transsilvania anno 1552. (1)

Hæc, si quempiam sufficienter non capaci-

C 3

ci-

(1) Vide Confess. Augustan.



citarent, dico: Articulos Diætales testari in Transsilvania usque ad annum 1566 Cætum talem, qui *socinianorum* aut *Unitariorum* dici potuisset, nullum fuisse: igitur anno 1552 *Anti-Trinitarii* non erant in Transsilvania, quos five Synodus, five *Candidati* refellere potuissent: hisque opinionem P. Samuelis Timon, uti, & MStum quoddam *CLaVDIopoLI tertia MaII* anno (ut tres voces subductæ pandunt) 1710 consarcinatum abundantissime refutatur.

Possit hic loci Libellus Alexandri Willini, M. Dris per Casparum Heltai A. 1570 in forma 8a typo datus, atque Francisco Davidis dictus, verba mea de *Anabaptistis* superius prolata in dubium vocare; ast cum Willinus Warsoviæ, Heltus, & Franciscus Davidis Claudio-poli Unitarii fuerint, num eorum Scripta *Anabaptistica* debeant dici? aliorum iudicium esto.

§. XXVIII.

Propōnitur objectio ex Parispapai. (1)

Franciscus Parispapai præmissam Timonis opinionem firmare videtur, dum ait: „ novis „ monstribus turbari cæpta est iterum pax Ecclesiæ



„fiæ -- Italia enim prioribus -- peiores emisit
 „*Stancaros Blandratas*, -- qui Prussiam pri-
 „mo tetro halitu afflarunt, & inde mox -- re-
 „trusi, in Transsilvania Regiam Aulam sollici-
 „tarunt „ Quid hæc aliud significant, quam
 sub Isabella jam in Principatu fuisse Arianos,
 Religionemque *Socinianismo inquinatam*, ut
 vult Cl. Pray. (1) aut vero serius, ad sensum
 Timonis, anno 1552 Arianos in Transsilvani-
 am irrepsisse.

§. XXIX.

Solvitur objectio præmissa.

Franciscum *Stancarum* pacem publicam in
 Transsilvania turbasse, queritur & Haner, (2)
 notat & Sigler ad annum 1553, (3) quin illi
 adjungant BLANDRATAM. Imo nec Parispá-
 pai intelligit Eum cum *Stancaro* venisse in
 Transsilvaniam: posteaquam enim sermonem
 generaliter de utroque instituisset, mox narra-
 tionis seriem analyzando, ait: (4) „ Eodem
 „ ergo anno (1553) Franciscus, quem nomi-
 „ navi, *Stancarus* Mantuanus Theologiæ, & Me-

C 4

di-

(1) Hist. Reg. Hung. P. 3. p. 122.

(2) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 222.

(3) apud Belium. p. 73.

(4) In Miscell. Tigur. p. 143.



„ dicinæ Doctor Regiomonte, Prussiæ Metropoli
 „ in Transsilvaniam ingressus, primum Clau-
 „ diopoli spargere cæpit impium, & blasphemum
 „ dogma „ Rursus annis 1557, & 1558
 mentionem injicit de *Stancarò*, altum autem
 filet de BLANDRATA usque ad annum 1564:
 igitur autoritate Francisci Parispapai evinci ne-
 quit BLANDRATAM Socinianismo Religionem
 ante annum 1563 jam inquinasse, ut placebat
 Cl. Pray, tantoque id minus, quod *Stancarus*.
 & BLANDRATA nunquam ejusdem fuerint
 professionis, ac, ut dici amat, *homodoxi*.
 Si interim hæc cuipiam minus arriderent,
 dico uberius: *Stancarum* anno 1553 ex Hungaria
 in Transsilvaniam commigrasse, BLANDRATAM
 autem eodem anno Viennæ in Processu
 Martinusiano commoratum fuisse. (1)
 Inde Paviam, seu Ticinum rediisse, eorum
 testimonio certum est, qui dicunt BLANDRATAM
 Ticino sibi fugâ consuluisse anno 1553,
 atque Helvetiorum Genevam petiisse, (2)
 Genève, persequente eum Calvino, in Poloniam
 fugisse, (3) & sic tandem anno 1563, ut
 videbimus, secundo in Transsilvaniam ad Aulam
 Joannis Sigismundi concessisse. *Stancarum*
 de-

(1) Acta Processus Martinus.

(2) Maimb. in Hist. Arian. T. 3. p. 344.


(3) Sandius in Bibl. Antitr. p. 28.



denique, nullô in Transsilvania relicto Prose-
lytô, umbrâ citius disparuisse. (1)

§. XXX.

Proponitur objectio ex Spondano.



Cl. Spondanus, Florimundi cumprimis autho-
ritate victus hæc scribit: (2) „ Postquam
„ Georgius (*Martinus*) de medio sublatu
„ fuit, omnisque impietas patentibus foribus
„ in eam (Transsilvaniam) ingressa est, non
„ solum per GEORGIUM BLANDRATAM ho-
„ minem Salucensem, - - qui fugâ lapsus, - -
„ venenum Arianismi, & impietatis Anti-Tri-
„ nitariæ eorum - - animis infudit: Verum in-
„ directe etiam per Officiales „ &c. teste igitur
Spondano, jam post mortem Martinusi, quæ
contigit anno 1551. XVII. Decembris, (3)
BLANDRATA *veneno Arianismi* infecit Trans-
silvaniam. Florimundum, ac Spondanum se-
quutus Ridcard, id ipsum docet. (4)

§. XXXI.

(1) Veszpr. Biogr. Cent. 2. p. 192.

(2) Ad an. 1551. n. X. p. 172.

(3) Istv. L. XVII. p. 191. Bethl. L. 4. p. 511. Sigl. apud
Beli. p. 72. Pal. ed. 3. P. 3. p. 58. Pray Hist. Reg. p. 113.
Com. Hist

(4) Tom. 1. p. m. 683.



§. XXXI.

Solvitur proposita objectio.

Trium in citata objectione Celebrium Scriptorum subversatur autoritas unius Clarissimi Historici Galli, Martini quippe Fumei, in nixa relationi; qui una cum Florimundo, Spondano, & Ridcardo, velut Scriptor Gallus, adeoque Extraneus, de rebus Transsilvanicis fidem eousque non meretur, donec assertum documento firmet. Quid quod, hæc Eorum narratio pugnet cum Articulis Diætalibus inferius producendis.

Spondanum interim specialis illa ratio posset excusare intuitu occupati temporis de initiis *Arianismi* in Transsilvania, quod in laudes Martinusii occisi effusus, dixerit: „quamdiu „Georgius vixit, ejus vigilantia Transsilvania „pura ab infectione hæresis permanfit: post- „quam autem Georgius de medio sublatus est, „omnis hæresis Transsilvaniam ingressa est „(1) Inter has autem (procul dubio successive ingressas) maximam cum supponat Spondanus per BLANDRATAM illatam, illius in *specie* non poterat non meminisse, non quasi anno



1551 *Socinianismus* fuisset in Transsilvania disseminatus, sed suo tempore, dum Parens hujus dogmatis intravit in Principatum, ut ipsemet Spondanus addit: *posteaquam restitutus est Joannes Sigismundus*; seu: dum post mortem Isabellæ cæpit regnare Joannes Secundus. Alioquin fide historica certum est hodie: BLANDRATAM, quâ *Socinianum* in Transsilvaniam venisse anno 1563, ut videbimus; igitur omnis, qui hunc annum prævertit, tenetur non modo asserto, sed fide digno instrumento communem Historicorum sententiam evertere.

§. XXXII.

Contrarium ex Spondano urgetur.

Tamet si liberaliter concedi posset, ait nemo; Spondanum superius loquutum fuisse de temporibus Joannis Sigismundi (posteaquam nempe post mortem Reginæ Isabellæ præesse cæpit Transsilvaniæ) annum tamen clarius figit his verbis: (1), „Quo etiam tempore (1561) „erat misera Polonia, atque etiam Lithvania, „& Transsilvania multiplicibus reformationibus afflictissima, in qua inter cæteros impu-
ris-

(1) Ad an. 1561. n. 33. p. m. 251.



„rissimus GEORGIUS BLANDRATA Medici-
 „cus a quodam Lismanio Corcyrensi introdu-
 „ctus, tantam sibi conciliaverat auctoritatem,
 „ut velut Angelus e Cœlo delapsus fuscipere-
 „tur „ Non absque fundamento scribit itaque
 P. Timon, (1) Joannis Sigismundi Confilia-
 rios fuisse *Ariana peste infectos* jam ante an-
 num 1563um.

§. XXXIII.

Diluitur proposita objectio.

C1. Spondani auctoritatem vel illud unicum
 hic enervare posset, quod in duabus citatis re-
 lationibus non sibi constet. Enimvero ad annum
 1551 habet: (2) „ qui (BLANDRATA) fugâ
 „ lapsus e Ticino, ubi inquisitus fuerat, Gene-
 „vâ, Helvetiâ, & Germaniâ transitâ, in Trans-
 „silvaniam penetraverat „ Hic autem ait: (3)
 „ in qua (Polonia) impurissimus GEORGIUS
 „ BLANDRATA Medicus - - tantam sibi conci-
 „liavit auctoritatem, ut velut Angelus e Cœ-
 „lo delapsus fusciperetur „ paulo inferius „ de-
 „inde in Poloniam a BLANDRATA & Alciato
 „ evo-

(1) Epitom. Chron. p. m. 188.

(2) Num. X. p. m. 172.


(3) Loc. super. citat. ad an. 1561.



„ evocatus, (Gentilis) mansit ibi tantisper „
 ergo juxta Spondanum BLANDRATA fugâ la-
 psus e Ticino in *Transsilvaniam* venit, sed si-
 mul in *Poloniam* venit, quia Gentilem in Po-
 loniam evocavit, quæ duo cohærere aliter non
 possunt, quam si Principatus hic modo Trans-
 silvania, mox Polonia vocetur, aut vicissim.

§. XXXIV.

Uberius refellitur Cl. Spondanus.



Posteaquam Cl. Spondani autoritate tantope-
 re impugnatur mea assertio, juvat aliquot ejus
 Sphalmata in subiecta materia enumerare.

a. De Joanne I. mortuo ad annum 1540 ait: (1)
 „ fuisse dicitur Joannes Pater per omnem vi-
 „ tam placido, liberalique ingenio, ac mori-
 „ bus inculpatis „ mox ad annum 1551. sui ob-
 litus scribit, (2) „ Etiam ejus (*Martinusii*)
 „ tempore corrumpi adeo cæperat, (*Transsil-*
 „ *vania*) ut ipse Rex Joannes Scepusius Pa-
 „ ter Joannis Sigismundi infectus ea (*hæresi*)
 „ fuerit „ Si moribus inculpatis, quomodo hæ-
 resi infectus? vel Si hæresi infectus, quomo-
 do moribus inculpatis apud Scriptorem Romano-
 Ca-

(1) ad an. 1540. n. XI. p. 101.

(2) ad an. 1551. n. X. p. 172.



Catholicum? Certe Spiritus S. aliud docet per S. Paulum dicentem: (1) „Hæreticum hominem -- devita: sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit --

b. Ad an. 1551 ait: (2) GEORGIUM BLANDRATAM ut Arianum in Transsilvaniam penetrasse: cum tamen certum sit Eum anno 1544 venisse in Transsilvaniam ut Romano-Catholicum, (3) & anno 1551 e Transsilvania migrasse cum Isabella Caffoviam, indeque in Poloniam. (4)

c. Ad eundem annum scribit: (5) Ex Germania BLANDRATAM venisse in Transsilvaniam, cum tamen certum sit Eundem, ut Arianum, venisse ex Polonia, (6) non an. 1551, sed anno 1563. (7) de quo suo loco plura.

d. Ad annum eundem refert Spondanus, (8) quod BLANDRATA apud Joannem Sigismundum, & Petrovitium Ejus Tutorem occultum Lutheranum, Medicum agens, *venenum Arianismi, & impietatis Anti-Trinitariæ* eorum
ani-

(1) ad Titum III. v. 10. & 11.

(2) ad an. 1551. n. X. p. 172.

(3) Diff. huj. P. I. §§. XVI. XVII. & seq.

(4) Diff. huj. P. II. §. VI. & seq.

(5) loc. cit.

(6) Sand. p. 28. & alii.

(7) Diff. huj. P. II. §. XLIV. & seq.

(8) ad an. 1551. n. X. p. 172.



animis infuderit; cum tamen certum sit anno 1551 Joannem Sigismundum cum Isabella e Transsilvania discessisse, (1) Petrovitsium autem, antequam BLANDRATA in Transsilvaniam veniret altera vice quâ *Arianus*, ad plures migrasse. Iste enim venit anno 1563 (2) ille mortuus est anno 1557. (3) vel: 1558. (4) vel denique: 1559. (5) igitur non poterat *venenum Arianismi* Petrovitsio instillare; idque tanto minus, quod Petrus Petrovits nunquam fuerit *Arianus*, aut *Socinianus*, sed mortuus, ut Lutheranus: ac in Basilica Claudiopolitana Lutheranorum sepultus: Etenim verba illa, quæ apud Sinchronum lego Scriptorem, (6) „ Hoc sane Viro (Petrovitsio) neque in „ fide constantior, neque Patriæ amantior esse „ potuit quisquam „ de fide erga Isabellam sunt intelligenda.

e. Addo demum de Spondano iudicium Celebrissimi Abbatis du Fresnai, (7) „ nullus dubitat, *ait is*, Spondanum commisisse quos-
„ dam

(1) Diff. huj. P. 2. §. II.

(2) ibid. §. XLIV. & seq.

(3) Katon. Tom. XXII. p. 1036 & alii.

(4) Timon. Epit. Chron. p. 176.

(5) Pal. ed. 3 P. 3. p. 63. Istv. L. 20 p. 239.

(6) Forgáts Lib. VIII. p. m. 210.


(7) Suppl. Meth. edit Paris. p. 60.



„ dam errores: verum quis est Auctor, qui
 „ nullum errorem committeret in discussione
 „ historica, quando opus est nimis extensum,
 „ continetque res Chronologicas multorum se-
 „ culorum? „

§. XXXV.

Objiciuntur verba Florimundi.




Cl. Florimundus Ræmundus non ultimæ au-
 thoritatis scriptor Gallus illa, quæ mihi objici
 poterant, quasi in summam cogens hæc scribit:
 „ (1) Quamdiu Georgius (Martin usius) Mo-
 „ nachus vixit, una in ea (Transsilvania) nem-
 „ pe Catholica vîguit Religio. Isabella - - Re-
 „ gina Solimannum de Filio suo, cujus Geor-
 „ gius Tutor fuerat, in Regnum restituendo,
 „ urgere non desistebat Petri Petrovitſi opera
 „ potissimum ad eam retunsa, qui occulte qui-
 „ dem initio Lutheranus fuerat, sed Arianismum
 „ postea aperte est amplexus: & quia frequens
 „ circa Principem erat, facile hæreseos vene-
 „ num incauto adolescentis animo instillavit.
 „ Utrumque vero GEORGIUS BLANDRATUS
 „ perdidit natione Pedemontanus, qui Ticini
 „ ex Inquisitorum manibus elapsus, in Helve-
 „ tiam



„ tiam primùm, & Germaniam, deinde in
 „ Transsilvaniam profugit, ad Medicam operam
 „ a Petrovitio, & a Principe assumptus „ Po-
 „ testne aliquid clarius dici in confirmationem
 eorum, quæ superius ex Cl. Historicis Societa-
 tis olim Jesu opponebantur?

§. XXXVI.

Refellitur Florimundi narratio.



Si tot Cl. Scriptor Gallus in confirmationem
 suæ relationis excitaret documenta, quot com-
 mittit Sphalmata, procul dubio victas cogeret
 dare manus: ast quia absque Tabulis, & Testi-
 bus illa, quæ prius contigerunt, retrudit, illa
 vero, quæ serius evenerunt, occupat, sicque
 omnia miscet, & confundit, quin aliquid doce-
 at, tanto minus potest admitti Ejus narratio,
 quanto magis pugnat illa cum domesticis in-
 strumentis. Etenim:

a, Unam, eamque Catholicam fuisse in
 Transsilvania Religionem tamdiu, quamdiu Ge-
 orgius Monachus vixit, fidei historicæ manife-
 ste adversatur. Monachus enim vixit usque XVII
 Decembris, (1) anni 1551. Jam autem mul-

D

to



to ante, nempe: „ anno 1529 intra octiduum
 „ sub capitis pœna omnes Monachi, & qui cum
 „ eis Papæ dogmata sequebantur, Urbem (Ci-
 „ binium) excedere, aut Religionem Papisti-
 „ cam ejurare jubebantur, quo Edicto percepto
 „ intra triduum non videbatur, qui amplius Pa-
 „ pistic assensum præberet „ (1) ac non ob-
 „ stante eo „ quod Isabella Comitissa Generalia anno
 „ 1543 Claudiopolim indixerit, (2) & Luthe-
 „ ranum dogma profitentes ad Conventum evo-
 „ caverit, ad annum usque 1545 absolutam Sa-
 „ xonicarum Ecclesiarum reformationem Mar-
 „ tinusius videre cogeatur cum omnibus, qui
 „ auctoritatem Papæ tueri satagebant „ (3) igi-
 „ tur vivente Martinusio dogmata Lutheri erant
 „ disseminata in Transsilvania, unde verum non
 „ est unicam, eamque Catholicam viguisse Reli-
 „ gionem quamdiu Monachus vixit.

b. Si vivente Georgio Monacho una, eaque
 Catholica viguit Religio in Transsilvania, „ quo-
 „ modo potest scribere Florimundus, (4) quod
 „ bellum ob deliria Lutheri susceptum - - tam
 „ Hungariæ, quam Transsilvaniæ - - extremam
 „ perniciem attulerit ? „

c.

(1) Haner Hist. Lib. 4. p. 190.

(2) Idem p. 199. Benkô Trans. Tom. 2. p. 126.

(3) Idem Lib. 4. p. m. 203.

(4) Lib. 4. C. 7. n. 2. p. 522.



c. Petrum Petrovitium primo *occulte* Lutheranum, mox e Catholico Lutheranum factum esse, (1) vel ideo non cohærent, quod, teste Timone, (2) „ quantum Martinusius Lutheranos affligibat, (*ergo erant Lutherani*) „ tantum Petrovitius ejus Collega, & Cognatus Zapolianus illos erigebat, illata etiam vi „ Templis, & Aris „ Imo: si Timon audiatur, (3) (quod evidenter abludit a veritate) „ hæresibus in Transsilvania ubertim crescentibus „ favit „ (Martinusius)

d. Superius (4) dicebat Florimundus „ inter „ alios Infanti a' Patre Tutorem datum fuisse „ Georgium quemdam Martinusium -- qui quoad „ vixit, & Pupilli Tutelam administravit, hæreticorum elusis conatibus, Catholicam Religionem quantum potuit, salvam præstitit, „ quam Petrus Petrovitius moderandæ Pupilli pueritiæ post ipsum admotus, plane pessumdatam, atque extinctam voluit, e Catholico primum Lutheranus, ac deinde e Lutherano Arianus factus „ Hic vero ait „ unam in „ Transsilvania, eamque Catholicam viguisse „ Religionem quamdiu Georgius vixit „ Si

D 2

nam-

(1) Florimund. Lib. 4. C. 7. n. 1. p. 521.

(2) Epit. Chron. p. m. 146.

(3) Purpur. Pannon. p. 162.

(4) Loc. cit.



namque una fuit Religio, quorum *hæreticorum* conatus elusit? sed & illud jam superius (1) refutatum habes: quod Petrovitius ex Luthera-
no factus sit *Arianus*.

Cæterum cum narratio de expulsis anno 1529 Cibinio Monachis ex Hanero adducta au-
thoritate Mathiæ Militis nitatur, consulendæ sunt observationes ad Historiam Transsilva-
niæ. (2)

§. XXXVII.

Continuatur refutatio Sphalmatum Florimundi.



a. **P**ersentiscens Joannes I. Sabesii supre-
mam sibi instare diem, quid circa recenter na-
tum ordinaverit Regium Filium, Litteræ Pe-
trovitii, ac Martinusii ad Seren. Poloniæ Re-
gem Sigismundum datæ repandunt in sequenti-
bus: (3) „ Nobis prout frequenter in valetu-
„ dine adhuc firma, ita extrema quoque voce
„ curam defensionis Serenissimæ Filix Majesta-
„ tis Vestræ, Conjugis autem suæ charissimæ,
ac

(1) Initium Religionis Unitariæ figitur ad annum 1566.
Petrovits mortuus est ante an. 1560: ergo Unitarius
non est factus.

(2) Cl. Jos. Car. Eder p. 278. & 279.

(3) Bethl. Lib. 2. p. m. 327.



„ ac Filii sui novissimis diebus nati Tutelam
„ commisit „ Secundum hanc igitur Regis, a-
nimam agentis ordinationem tam Petrovitius,
quam Martinusius erant Tutores Joannis Sigis-
mundi, quomodo ergo scribit Florimundus Pe-
trovitium post mortem Martinusii *fuisse mode-
randæ Pupilli pueritiæ admotum?* & quidem
primum Lutheranum, ac deinde Arianum fa-
ctum, quod ultimum nullo unquam documento
docuit Cl. Scriptor.

b, Petrum Petrovitium *Arianum* factum, ac
per illum Principem adolescentem seductum es-
se dicit quidem Ræmundus, sed nullo documen-
to probat, & illico sui oblitus, utrumque per
BLANDRATAM perditum scribit: quod multis
ex rationibus fieri non poterat: tum quia Prin-
ceps erat cum Isabella, quæ teste Florimundo
„ Catholicæ Religionis valde studiosa erat, ut-
„ pote Illustrissima illa, & optima Jagellonica
Polonorum Regum stirpe prognata „ (1) tum
quia: Martinusius, Principis Tutor, docente
Florimundo, quamdiu vixit, ab omni hæresi
Principem tutatus est. Tum quia: Martinusio
e vivis sublato, BLANDRATA cum Principe
Lateri Isabellæ adhærente non longo tempore
fuit, sed a Servitio Reginae anno 1553 recessit,

D 3

in

(1) Lib. 4. C. 7 n. 5. p. 526. & 527.



in Italiam ivit, inde Viennam Austriæ commigravit, mox Ticinum rediit, ac cum fine anni 1553, aut cum initio 1554 in Helvetiam fugit, tandem anno 1558 in Poloniam se recepit, ut singula hac parte 2^a sum demonstraturus: ergo BLANDRATA utrumque non perdidit.

c. BLANDRATAM a Petrovitio, & Principe ad medicam operam assumptum fuisse, tam aperte pugnat cum fide historica, quam indubitata verum est, *Petrovitium* jam anno 1559 Reginae Isabellæ præmortuum fuisse (1) & BLANDRATAM ad Principem Sigismundum e Polonia anno 1563 exivisse: (2) atque adeo: hominem jam anno 1559 e vivis ereptum, operâ Medici anno postea 1563 in Transsilvaniam illapsi, uti non potuisse.

Quibus hunc in modum partim dilucidatis, partim probatis, partim autem refutatis, stat BLANDRATAM ad Aulam Isabellæ quâ Romano-Catholicum venisse anno 1544, in Servitioque Reginae in Transsilvania octo annis mansisse, quibus absolutis una cum Isabella quomodo Cassoviam recesserit? inde cum Eadem in Poloniam: mox *Solus* in Italiam diverterit, subinde Viennam Austriæ concesserit, hinc Tic-

(1) Istvánfi Lib. 20. p. 239.

(2) Diss. huj. P. 2. §§. XLVI. & seqq.


cinum repetierit, ac tandem fidem Romano-Catholicam abjecerit? Parte Secunda, tempus est, ut fide dignè referam.



PARS SECUNDA.

§. I.

Cl- Bayle non probat itinera
BLANDRATÆ.



Celeberrimus Bayle Dñm Morerium itinera BLANDRATÆ describentem refellere aggressus, ait: (1) „ haud exactum, veritati haud „ consentaneum esse, si dicatur, Eum Ticino „ in Poloniam venisse, suppresso itinere Gene- „ venfi, BLANDRATA enim plus simplici vi- „ ce fuit in Polonia, quod necessarium fuisset „ adnotare. Is illic Medicam exercuit, ante- „ quam Genevam proficisceretur, quod ipsum „ etiam in Transsilvania exercuit ante iter „ Genevense „

Hæc apud me certa sunt, quia tamen a

D 4

Scri-




Scriptore nullo firmanetur documento, neque certus allegatorum itinerum excitatur annus, convictionem apud alios præstare minime valeat.

Dixi ego P. I. §§. XIII & XIV BLANDRATAM venisse ad Aulam Isabellæ año 1544, & quidem e Polonia; Physicumque Reginæ fuisse pluribus testimoniis docui: igitur BLANDRATAM tam in Transsilvania, quam in Polonia Medicam exercuisse ante iter Genevense, quod contigit anno 1553 circa finem, aut ad initium anni 1554 (ut videbimus) certum est. Exercitium hoc artis Medicæ in Transsilvania durasse annis octo, demonstravi §. XIV. quibus exactis, BLANDRATAM ut Comitem itineris Isabellæ, e Transsilvania Cassoviam discessisse, sequentia evincent.

§. II.

Isabella abijt Cassoviam cum
BLANDRATA.



Posteaquam opera Martinusii res Isabellæ eo fuissent perductæ, ut Ferdinando I. partes Hungariæ per Reginam tentæ una cum Transsilvania remitterentur, celebrato I. Statuum, & Ordinum Conventu Claudiopoli anno 1551 Mense



se Julio, (1) Isabella Coronam Nadasdio, & Castaldo tradidit, (2) cum Filio *Cassoviam* profectura, atque XVIII Julii præfati anni Transsilvaniam Ferdinando permisit. (3)

Scribit Istváni: (4) iter ingressam, comitantibus Claudiopoli Michaële Chaquio, (Csakio) Georgio Martinusio: isto Zilahinum usque, (5) & GEORGIO BLANDRATA, (6) illud continuasse: ad Tibiscum occurrentibus ex Transsilvania digressæ Reginae Petro Petrovitsio, Francisco Patochy, (Patotfi) & Melchiorre Balassa; paulo post Leonhardo Csecsy Cassoviæ Præfecto cum lectissima Equitum, ac Peditum manu, ventumque *Cassoviam*. (7)

§. III.

Præter BLANDRATAM quinam fuerint cum Regina? nihil ad hanc Dissertationem.

Quantum Scriptores tam Patrii, quam Extranei discrepent in referendo Comitatu Isabelæ

(1) Sigler apud Belium p. 71.

(2) Pray Hist. R. H. P. 3. p. 103.

(3) Sigler loc. cit.

(4) Lib. XVI. p. 184.

(5) Bethl. Lib. 4. p. 496.

(6) Pray l. c. p. 104. *suasum, ut creditum est, BLANDRATÆ, qui fuit in Comitatu.*

(7) Forgáts in Comm. p. 18.



læ Claudiopoli egredientis, vel id abunde evicerit, quod Istvánus itineris e Transsilvania suscepti Comites fuisse scribat Melchiorem Ballassium, Franciscum Patocium cum turmis Equitum suorum, ac Petrum Petrovicium. (1) contra: Forgáts in suis Commentariis dicit supra recensitos ad Tibiscum occurrisse e Transsilvania digressæ Reginae cum lectissima Equitum, ac Peditum manu. (2)

Ego cum non Scriptorum differentias singulas conciliandi, aut referentium fidem elevandi, sed fata, ac itinera GEORGII BLANDRATÆ enarrandi sumpserim officium, huic satisfacere adnitar, quin adhæream in Illustrissimi ac Gravissimi Scriptoris Thuani (3) hisce verbis: „ ipse Vichius inde (Lippâ) mox ad „ Reginam (Claudiopolim) profectus est, quæ „ statim convalescis rebus suis, per montes asperos *Cassoviam* versus iter direxit „ (4) cum tamen juxta Istvánium (5) „ Reginae „ suscipiendo itineri cum Petrovicio paratæ, „ per aliquot dies Claudiopoli subsistendum fuerit eo, quod puer Regius in valetudinem incidisset „

§. IV.

(1) Libr. XVI. p. m. 184.

(2) Forgáts in Comm. p. 18.

(3) Cl. Jos. Car. Eder in Sche. p. 116.

(4) Histor. Lib. VII. p. m. 233.

5) Lib. XVI. p. m. 184.



§. IV.

Quinam fuerint Cassoviæ cum Regina?
ex Istvánfio non discimus.

Regina, ut ait Thuanus (1) re salva, incolumis *Cassoviam* pervenit. Ubi per aliquod tempus, teste Istvánfio (2) „dum res ad iter „necessariæ, & carri ac jumenta vehendis im- „pedimentis, conquiruntur, ac conditionibus „solvendæ dotis Ferdinandus satisfacit, con- „quiescendum duxit „CASSOVIÆ moram neſtenti Isabellæ qui fuerint præſto? eorum nomina, ſi cum Istvánfio teneamus, certo certius labimur in errorem: Is enim, præterquam quod nullam BLANDRATÆ in *Comitiva* injiciat mentionem hæc ſcribit: „Illinc (Cassoviâ) „Balaffium, & Patocium, & alios, qui Officii „cauſa e Transſilvania Eam comitati fuerant, „dimiſit, relictis *tantum* Petrovitio, Chaquio „Epistolæ Magistro, & Ceccio „Ubi quis non videat, per ly *tantum*, poſitive excludi BLANDRATAM? quod quemadmodum ſit ablu- dens a veritate, ſequentia evolvant.

§. V.

(1) Loco ſupra citato.

(2) Loco ſtatim dicto.



§. V.

BLANDRATA fuit Cassoviæ
cum Isabella.

Cum Regina Isabella fuisse Cassoviæ BLANDRATAM, ideoque non *tantum* Petrovitium, Csakium, ac Csecsium relictos esse ex itineris Comitibus, multa sunt, quæ evincunt: præterquam quod enim Cl. Forgáts absque ambagibus dicat: (1) „ Reginam adhuc Cassoviæ a-
„ gentem per duos viros Loborizki Polonum,
„ alterum vero BLANDRATAM Pedemonta-
„ num ex intimis ipsius Reginae persuasam esse
„ ad iter continuandum „ ipsemet GEORGIUS
BLANDRATA in toties laudato Processu Martinusiano interrogatus, sic respondit: (2) „ E-
„ go eram tunc Cassoviæ cum Serenissima Re-
„ gina eodem anno, quô Regina exiverat e
„ Transsilvania „ item: (3) „ Nos audieba-
„ mus sic, sed tunc eramus Cassoviæ cum Re-
„ gina „ item: (4) „ Hoc non scio, nisi quan-
„ tum ferebatur Cassoviæ e rumoribus, qui ve-
„ niebant e Transsilvania, quemadmodum le-
gi-

(1) In Comm. edit. Poson. p. 37.

(2) ad Art. 24^{am} p. 674.

(3) ad Art. 32^m p. 675.

(4) ad Art. 37^m p. eadem.




„ giftis e supra dictis Articulis „ Denique (1)
 „ Hoc audiui a Petrovitio *Cassoviæ*, qui ha-
 „ buit particulare nuncium hujus facti „

Potestne his quidpiam clarius excitari ad
 comprobandum id, quod BLANDRATA Regi-
 nam abeuntem e Transsilvania, comitatus fue-
 rit? &, quod Eâdem *Cassoviæ* moram trahen-
 te, BLANDRATA cum Illa fuerit?

Cæterum Istvánium semetipsum refellen-
 tem, (2) hisce sistit P. Timon: (3) „ Geor-
 „ gius Vernerius - - & Georgius Rakovskius - -
 „ *Cassoviam* Isabellæ Reginae pecuniam dotis
 „ nomine promissam attulêre, quam ipsa a
 „ Matthæo Loboccio Polono, & GEORGIO
 „ BLANDRATA Medico adducta, demum ac-
 „ ceptavit „

§. VI.

BLANDRATA cum Regina Isabella
Cassoviâ migrat in Poloniam.



Isabellam *Cassoviæ* ideo nexuisse moras, ut
 pactatam dotem a Ferdinando Cæsare percipere
 posset, conditiones primæ, & tertiæ de resti-
 tu-

(1) ad Art. 44^m p. 676.

(2) Hist. Libr. XVIII. p. 194.

(3) Epit. Chron. p. 160.



tuenda Transsilvania mutua utriusque partis stipulatione firmatæ natura satis loquitur. (1)

Receptâ pecuniâ non diu post *Cassoviâ* Ferdinando relicta, (2) in Poloniam migravit, (3) comitantibus Eam Petrovitio, & Michaelæ Chaquio, (4) procul dubio: & GEORGIO BLANDRATA, & Matthæo Loboccio Polono, qui paulo ante *Cassoviæ* perſuaſerant Isabellæ, ut allatam pecuniam ab hominibus Ferdinandi acceptaret, testibus Istvánſio, & Timone supra laudatis, iterque continuaret, referente Forgátſio.

§. VII.

Istvánſius refellitur.

Dum Celeberrimus Scriptorum domesticorum Istvánſi alterum ejus, quod Regina acceptaverit pecuniam, auctorem facit GEORGIUM BLANDRATAM, procul dubio præ oculis habens, (quod & Cl Katona superius allegabat) quem eventum Religio BLANDRATÆ reipſa sortita fuerit, intra parenthesim acerbo magis, quam

(1) Vid. Pray H. R. H. P. 3. p. 103. Beth. p. 528.

(2) Istvánſi Lib. XVIII. p. 194.

(3) Timon Epit. Chron. p. 160.

(4) Istvánſi loc. cit.



quam veridico calamo hæc scribit: (1) „ Is
 „ (BLANDRATA) ex Italia subalpina, & Al-
 „ labrogibus ob pestiferum Ariani dogmatis vi-
 „ rus, quô, ab inferis revocatô, erat infectus,
 „ in exilium pulsus, primò ad Polonos, postea
 „ vero in Transsilvaniam profugerat, & variis
 „ artibus, ac Medicinæ, quam exercebat, pro-
 „ fessione, Reginæ familiaritatem erat conse-
 „ cutus. „

Hanc omnino præmaturam BLANDRATÆ
 defectionem a fide Romano - Catholica nî ad
 tempora Joannis Sigismundi post fata Reginæ
 clivum tenentis patiatur relegari Scriptor Ce-
 leberrimus, edicere vel invitus cogar, in hac
 relatione præter Nomen, Cognomenque homi-
 nis Itali, singula verba totidem errores conti-
 nere: tantoque reprehensione dignam magis,
 quanto plures narratione illa sunt in errorem
 præcipitati.

§. VIII.

Continuatur refutatio.

Examinentur enim vero singula narrationis
 Istvanfianæ membra, &, si ita placet, subeant
 il-

(1) loco supra citato.



illico crisim verba illa: *in exilium pulsus*: atque subito apparebit: Ex Italia in exilium pulsum dicere BLANDRATAM non nominata Civitate, Pago, loco, in quo infectus hæresi Ariana prætenditur, est toti Italiæ turpem notam inurere non secus, ac dum Cl. Parispapai, per summam contumeliam, ac odium Sedis Romanæ hæc scribit: (1) „ Italia ipsa sæcunda viru- „ lentarum hydrarum Lerna, prioribus - - pe- „ jores emisit Stancaros, BLANDRATAS „ Qui tamen & ipse meminisse debebat, Adamum Neusserum quondam Heidelbergensem Præconem, primo Lutheranum, postea Calvinistam, dein Arianum, ac denique Mahomedanum in Epistola ad Stephanum Gerlachium anno 1574 scripsisse, (2) „ neminem se vidisse Arianum „ factum, quin non prius Calvinista fuerit. „

Porro: pestifera Ariani dogmatis virulentia infectum, in exilium pulsum, venisse ad Isabellam GEORGIUM BLANDRATAM, quò documentò probavit hætenus aliquis? quò anno? ubi fuit infectus? ex qua Civitate, Pago, loco, quò anno, per quem pulsus in exilium? quæ documenta, qui fructus hæreticæ pravitatis? quæ scripta? qui discipuli BLANDRATÆ? quæ sunt illæ artes variæ, quibus se BLANDRATA

in

(1) Miscell. Figur. p. 141.

(2) Fleurii Contin. Tom. 44. p. 303.



in Aulam Isabellæ non tantum insinuavit, sed plane (pudeat eo *abjectionis* Reginam deducere) *familiaritatem* Ejus est consecutus?

Non puto hæc Celeberrimum Scriptorem Spiritu *prophético* connotasse, atque ideo: haud satis est aliquot: *pestiferum*, *ab inferis revocato*, *infectus*, & similibus epithetis ad artem Oratoriam superbe narrationem exornare, sed id, quod eleganter dicitur, debet & verum esse, quia pulchre mentiri, non est verum.

Jam vero: sub regimine Isabellæ ab anno 1541, usque ad annum 1551, quo *Cassoviæ* pecuniam, svadente BLANDRATA, acceptavit Regina ab hominibus Ferdinandi, *Arianismi* in Transsilvania (eo minus in Aula Reginali) nec vola, nec vestigium: igitur quod sub regimine Joannis Sigismundi per BLANDRATAM est effectum, id multis annis Catholicus Scriptor occupat, quod nec Sandius ausus est facere: qui tamen, teste Celebri Theologo Gazzaniga (1), „ Sectæ, cui erat addictus, famam „ augere studens, nonnullos obtorto etiam collo ad Socinianorum castra pertraxit „

Tandem: Istvánfius, Judice Cl. Katona, (2) in narratione hac, ut in multis aliis rebus, Tinodium est sequutus, Tinodi vero censu-

E

fu-

(1) Traët. de Trinit. p. 19.

(2) Hist. Crit. Tom. XXII. p. 143.



furæ hujus acerbæ de BLANDRATA citatæ quum nullam faciat mentionem, Sententias parenthesi inclusas e suo addidisse, est censendus.

§. IX.

Illustrissimi Palma, ac Forgáts emendantur.

Illustrissimus Palma (1) post Forgátium, (2) receptâ pecuniâ Isabellam Oppoliam se contulisse anno 1551 scribit; verum hanc relationem tam circumstantiæ, quàm aliorum Scriptorum auctoritas plausibiliter revincunt. Cædem siquidem Martinusii contigisse XVII. Decembris a. 1551 docent Sigler, (3) & Tino-dius. (4) Eam vero Reginæ relatam fuisse adhuc *Cassoviæ* commoranti, testantur Istvánfi, (5) Forgáts, (6) & Bethlen. (7)

Per Litteras, & Nuncios Primores Transilvaniæ revocabant Reginam cum Filio jam Georgio occiso: (8) Si itaque hyemis rigorem

(1) Edit. 3^a P. 3. §. XIX. p. 53.

(2) Lib. 1. edit. Horány. p. 37.

(3) apud Belium p. 72.

(4) apud Katona Tom. XXII. p. 101. 102.

(5) Lib. XVII. p. 194.

(6) in Comment. Lib. 1. p. 37.

(7) Hist. Lib. 4. p. m. 513.

(8) Forgáts loc. citatq.



rem contempnissse supponatur etiam Isabella (qui tamen vel Viros ab itinere continuando avocare potest) certe mors violenta Martinusii, atque hanc subsequuta Reginae revocatio in Transilvaniam, voluntatem Ejus eo impellere valebant, ut annum 1551, aliunde jam in cardine existentem, *Cassovia* ab Illa exactum non vane suspicari liceat.

§. X.

Annum 1551um *Cassovia* clausit Isabella.

Reipsa Reginam annum 1551um *Cassovia* non tantum clausisse, sed etiam subsequentis anni aliquot Menses ibidem numerasse, clarum est: tum quia litteras Ferdinandi Pragâ XXIX Decembris 1551 datas, (1) eodem anno Legati transponere Reginae haud poterant, quas tamen iidem *Cassovia* Isabellæ præsentarunt: tum quia in Chronicis Leibitzerianis abitûs Reginae tempus hisce innuitur: (2) „MDLII Ci-
„vitas *Cassovia* denuo est restituta Ferdinando
„14. Junii „Non absimiliter in Synopsi rerum Schepus. Seculi XVI (3) „anno 1552 -
E 2 „in

(1) Katona Tom. XXII. p. 108.


(2) Idem Tom. cit. p. 147.

(3) Idem ibidem.



„ injunxit Marschalcus Poloniæ Fraternitati
 „ (XXIV *Parochorum*) dandos XXXVI equos
 „ cum apparamentis, & famulis tribus ad sin-
 „ gulum currum, exceptis curribus, pro deve-
 „ henda Regina Isabella, Vidua Joannis Za-
 „ polja ex Urbe *Cassoviensi* usque ad Sandsch,
 „ quæ etiam eo devecta est, eo usque currus
 „ duas Septimanas debebant morari *Cassoviæ* „
 tum quia: Articulus ex originalibus Litteris Re-
 ginæ Isabellæ ad Ferdinandum scriptis *ex Cas-*
sovia die 9a Januarii 1552 in Processu Marti-
 niano producitur, (1) Manifestum itaque fit
 Isabellam *Cassoviâ* anno 1552 discessisse, comi-
 tante Illam, inter reliquos, GEORGIO BLAN-
 DRATA, qui, teste Cl. Forgáts, non tantum
 svasit iter continuandum esse, sed per Ferdi-
 nandum promissis ad Reginæ abitum acceleran-
 dum corruptus fuit. (2) Omnem denique du-
 bitationem tollit propria BLANDRATÆ fassio,
 dum ait: (3) „ paulo post liberationem Uly-
 „ manni *Cassoviâ* in Poloniam ivimus „

§. XI



(1) MS. Batthyaniana.

(2) Forgáts in comment. p. 37.

(3) In Process. ad Art. 74.



§. XI.

Isabella Caffoviâ ivit in Poloniam,
ac Oppoliam.

Relictâ Caffoviâ, quo semet Isabella contulerit, discimus ex his P. Timonis verbis: (1) „ in Poloniam migravit - - inde hortatu Bonæ „ Reginae Matris, & Sigismundi Fratris in Ducatum Oppoliensem se contulit „ primum, ut vidimus §pho præcedente, affirmat & BLANDRATA, utrumque autem hoc iter Isabellæ Synchrona manus ita notat, (2) „ ök el be „ ménenek az Lengyel Országba: Herczeg- „ ségbe onnat Nemes Opoliába „ Sigler solius itineris in Poloniam meminit dicendo: (3) „ Isabella Regina cum Filio suo Joanne Sigismundo ex Transsilvania in Poloniam revertitur „ Reversa est igitur in Aulam Regiam Matris suæ, unde Joanni Zápolya erat elocata, in qua tamdiu moram traxit, donec hortatu plane Matris, ac Fratris Sigismundi Regis Poloniæ permoveretur ad iter in Ducatum Oppoliensem ingrediendum.

E 3

§. XII.

(1) Epit. Chron. p. 160.


(2) apud Katona Tom. XXII. p. 145.

(3) apud Belium p. 71.



§. XII.

Isabella apud Matrem diutius manfit.



Si illud Poetæ: *turpius ejicitur, quam non admittitur hospes*: longiorem innuit admittentis patientiam, quam tandem vincit hospitis petulantia; Profecto non aliquot tantum diebus debuisse in Polonia morari Isabellam apud Matrem, sed longiori tempore, hortatus, ac repetita monita ad abeundum impellentia satis innuunt. Ut adeo: hæc fuerit rursus BLANDRATÆ occasio illa, cujus Cl. Bayle meminit, Medicam in Polonia exercendi ante iter Genevense. Alteram dico hanc occasionem BLANDRATÆ exercendæ in Polonia artis Medicæ oblatam, quia hanc Illum exercuisse ibidem ante annum 1544 vidimus Dissertationis hujus P. I. §. XIV, ubi innui ad Aulam Isabellæ venisse Medicum e Polonia.

§. XIII.

Isabella redit in Poloniam e Ducatu Oppolienfi.

” **C**um Ducatûs totius redditus, inquit Ill.
 ” Palma, (1) annuos XII mille aureos
 ” mi-



„ minime æquarent, ac ædes insuper vetustate
 „ pene collapsæ, vix tuto incoli possent, in
 „ Poloniam indignabunda (Isabella) recessit;
 „ ubi partim Cracoviæ, & Varsaviæ, partim
 „ Lembergæ inquietam agebat vitam. „

Proventuum tenuitatem discimus etiam e
 Litteris Verancianis, dum ait: (1) „ Ducatus
 „ eos, in Silesia illis, (Isabellæ, & Filio)
 „ dados, adeo esse tenues, ut privatum homi-
 „ nem non possent alere, nedum unum Princi-
 „ pem „ Quare, teste P. Timone, (2) „ post
 „ unum, alterumve Mensem ad Matrem, &
 „ Fratrem rediit „ Sicque BLANDRATA Me-
 dicam uberius poterat in Polonia exercere ante
 iter Genevense.

§. XIV.

BLANDRATA e Polonia discessit
 in Italiam.



Hucdum in Aula Isabellæ mansisse BLAN-
 DRATAM, tanto minus potest dubitari, quan-
 to certius est illum *Cassoviæ* apud Eandem fuif-
 se. Cum autem §. XI. docuerim Isabellam in

E 4

Po

(1) e MS. Bathyanianis.

(2) Epitom. Chron. p. 160.



Poloniam concessisse anno 1552, inde vero in Ducatum Oppoliensem, ac post *unum, alterumve Mensem* in Poloniam redivisse: Hæc (ut omni rem profundius expendenti credibilissimum est) Sortis Reginæ vicissitudo, ac cumprimis liberrima peregrinandi, pro more illorum temporum, facultas, accedente Amicorum, quibus BLANDRATAM scripsisse alias diximus, (1) videndorum desiderio, eo Medicum inclinaverunt, ut Isabellæ valediceret, ac e Polonia in Italiam migraret: Anno siquidem 1553 BLANDRATAM diversatum fuisse in partibus Italicis, clare docet propria oris confessio, dum in Processu Martinusiano „ super generalibus in- „ terrogatoriis interrogatus, respondit *se hoc „ anno (1553) confessum fuisse. Et Sacram Eucharistiam sumpsisse in Mestri prope Venetias „* (2) Hæc enim produnt Eum anno 1553 circa Pascha fuisse in Italia prope Venetias.

§. XV.

BLANDRATA ex Italia transivit Viennam ut Romano - Catholicus.

Anno eodem 1553 ex Italia Viennam Austriæ profectum BLANDRATAM Acta Processus

(1) Dissert. huj. P. I. §. IX.

(2) Act. Processus p. 658.



cessus statim dicti tam clare testantur, ut huic veritati nemo prudens refragari possit. Testis siquidem Vigesima primi fassioni, qui fuit GEORGIUS BLANDRATA, hic Titulus præfigitur: (1) „ actum die XVII Augusti 1553 Viennæ in domo habitationis Rm̃i Dñi Nuncii Apostolici „ ac illico hæc leguntur: „ Excel-lens Dñus GEORGIUS BLANDRATA Salu-thientis - - Testis Laicus, citatus, juratus, - - interrogatus respondit - - se possidere bona immobilia patrimonialia in Patria sua, se - - citatum venisse ad testimonium dicendum - - se hoc anno confessum fuisse, & Sacram Eu-charistiam sumpsisse in Mestri prope Veneti-as; se nunquam fuisse inquisitum, aut con-demnatum (2) de aliquo crimine &c. neque in præsentī esse aut bannitum, sive excom-municatum „

Profecto in præmissis quot sunt verba, tot sunt testimonia pro eo, quod Testis XXIus fassionem suam Viennæ emittens fuerit *Romano-Catholicus*, cum alioquin omnes Testes per Procuratores Ferdinandi I. statuti *Romano-Catholici* fuerint. (3)

§. XVI.

(1) Acta Process. p. 658.

(2) Si non inquisitus, nec condemnatus: procul dubio neque in exilium pulsus.

(3) Videantur Acta Processus.



§. XVI.


BLANDRATA Viennâ rediit in Italiam.



Cum BLANDRATA, quâ Testis XXIus, dicat se *citatum venisse ad testimonium dicendum*, ubi ex omni parte Citationi satisfecit, fassio- nemque ejus „ Laurentius Magius Clericus Bri- „ xienſis publicus auctoritate Apostolica Nota- „ rius, & in hac causa a Rmo Dño Nuncio A- „ postolico Commissario specialiter deputatus „ (1) connotavit, Eum in Italiam rursus rediisse, certum est ex illis Scriptoribus, qui affirmant BLANDRATAM non Viennâ, non aliunde, sed Paviâ Genevam fugisse. sunt autem illi & multi, & plerique magni.

§. XVII.

Citantur Scriptores.



Ducat agmen Cl. Bayle Petrus ita scribens: (2) „ Ille se salvavit Paviâ - - & recessit Ge- „ nevam „ D. Morerius: (3) „ facit ipsum pro-

(1) Acta Processus Martinus.

(2) in Diâ. Hist. Art. *Blandrata*.

(3) apud Bayle sub B.



proficisci Paviâ „ Cl. Jacob Iselin (1) ait :
in Italiam regressus Paviæ fere in manus S,
Inquisitionis incidit, ac fugâ sibi consuluit,
Genevamque se recepit „ Celebris Continua-
tor Spondanus, (2) „ qui (BLANDRATA) fu-
gâ lapsus e Ticino, ubi inquisitus fuerat - -
Genevâ transitâ „ &c. Cl. Ridchard (3) „ fal-
vavit se e custodia Inquisitionis Paviensis, se-
que recepit Genevam „ Florimundus Ræ-
mundus (4) „ GEORGIUS BLANDRATUS --
natione Pedemontanus - - Ticini ex Inquisi-
torum manibus elapsus in Helvetiam pri-
mum - - profugit „ D. Morerius, (5) „ ex
carceribus Inquisitionis Ticinensis fugâ ela-
psus se recepit Genevam „ Cl. Buddeus (6)
Dum Ticini moraretur, fere in manus Inqui-
sitionis incidisset, nisi se Genevam recepisset „
Celeberrimus Hendreich, (7) „ Ticinô dubio
procul ob novitatem Religionis relictô, Ge-
nevam se contulit „ Cl. Benkö, (8) „ Papiæ
persecutus (persecutionem passus) Genevam
„ se

(1) in Lexico p. m. 512.

(2) ad an. 1551. n. X.

(3) Art. *Blandrata* p. 683.

(4) Lib. 4. Cap. VII. n. 3. p. 525.

(5) Dict. Tom. 2. p. 231.

(6) in Lexico Magno p. m. 382.

(7) in Pand. Brund. p. m. 590.

(8) Trans. Tom. 2. p. 130.



„ se recepit „ Claudat agmen in præsentī sub-
strato fide dignissimus Sandius, (1) „ Ticino
„ elapsus venit Genevam „ & quidem ut P.
Maimbourg notat, (2) „ anno 1553 elapsus ex
„ Inquisitione Ticinensi, Genevam fugit „

§. XVIII.

E præmissis duo elucent.

E testimoniis Spho præcedente adductis duo
eludent: Primum: quod BLANDRATA *Ticini*
fuerit. Alterum: quod Ticino non in *Trans-*
silvaniam, neque in *Poloniam*, sed *Genevam*
iverit; & quidem, ut vidimus ex P. Maim-
bourg, anno 1553. Non tamen ante finem an-
ni, quia in Augusto erat Viennæ, (§. XV.)
aut cum initio anni 1554. Quorum neutrum
pertinet ad substantiam Dissertationis meæ.

Id nihilominus obiter hic notandum, quod
Michael Servetus eodem anno 1553 die XXVII
Octobris sit combustus Genevæ, (3) & non
a. 1557, ut docet Scherzerus. (4) Servetus vi-
vus

(1) Bibl. Antitr. p. 28.

(2) Hist. Arian. Tom. 3. Lib. XII. p. m. 344.

(3) Sand. Bibl. Antitr. p. 8. Calvin. Epist. 161 ad Farell.
Genev. script. 26. 8br. 1553. cras ad supplicium ducetur.

(4) Coll. Anti-Socin. Disp. I. §. 8. p. 9.



vus nullos videtur nactus fuisse discipulos Genevæ *apertos*, tum quia: a Scriptoribus nullus nominatur; tum quia: exiguo tempore comorabatur *liber* Genevæ; tum quia: si aliqui fuissent, una cum Magistro pœnam ignis debuissent sustinere agente Calvino.


§. XIX.

BLANDRATA de hæresi suspectus venit Genevam.



Jam Paviæ, seu Ticini BLANDRATAM de hæresi suspectum fuisse, produnt omnes illi, qui superius dicebant eum in manibus S. Inquisitionis aut fuisse, aut fere in illas incidisse; sibi *fugâ consuluisse*, vel: Ticinô *elapsum esse*, dubiô procul, ut Hendreich habet: *ob novitatem religionis*. Genevæ nihilominus publice Mysterium Trinitatis, Divinitatem Jesu Christi BLANDRATAM illico, ut advenit, oppugnasse, aut se scholæ *Serveti* addixisse, tam incredibile est, quam recens erat memoria combustionis Michaelis Serveti ob similes errores, & magna attentio, ac vigilantia Calvini.

§. XX.





§. XX.

BLANDRATA Genevam veniens
addixit se Cætui Protestantium.



BLANDRATA Genevam adveniens, quomodo se gesserit in negotio Religionis, discimus ex his Cl. Petri Baylei verbis, (1) „ Ibi „ (Genevæ) amplexus est Religionem Protestantium, & initio adventus sui, ædificavit „ Protestantes per suam agendi rationem, & „ per suam docilitatem. „ Idipsum testatur Cl. Iselin, (2) „ Ubi (Genevæ) se Reformatis „ adjunxit. „ Non abludit Jöcherus a prælaudatis, dum ait: (3) „ amplexus est Genevæ „ Protestantium Religionem „

Lapsu tamen temporis innotuit BLANDRATAM de Divinitate Jesu Christi dubitare: dum non tantum rudioribus, sed ipsi plane Calvino difficultates suas identidem proposuit, quibus: tam verbis, quam etiam scriptis conabatur Calvinus satisfacere.

Accidit interim, teste Cl. Bayle, ut in Consistorio Ecclesiæ Italicæ Processus quidam fuerit

(1) Dict. Hist. Art. *Blandrata*.

(2) in Lexico p. m. § 12.

(3) Art. *Blandrata* p. m. 1123.



erit institutus adversus Joannem Paulum Alciatum, & Valentinum Gentilem, quo perturbatum esse BLANDRATAM animadvertens Calvinus, omnem de eo pollicitus est securitatem, quod nulla sit investigatio instituenda intuitu errorum per Eum hactenus commissorum.

Pollicitationibus his Calvini insidias quasdam subesse non vane suspicabatur BLANDRATA, die enim quodam publicam habente prælectionem Theologicam Calvino, (cui & BLANDRATA interfuerat) comparuit Syndicus Reipublicæ, quasi & ille Institutionem Calvinī excepturus, cujus ingressus tantum illico iniecit metum BLANDRATÆ, ut sanguinis profluvium e naribus mentitus, ex Auditorio publico semet citissimis passibus subduxerit, Genevamque reliquerit nunquam rediturus. (1)

§. XXI.

BLANDRATA anno 1558 Genevā fugit in Poloniam.


BLANDRATA Genevā profugus, quod non in Hungariam, neque in Transsilvaniam, sed in Poloniam se receperit, & quidem an. 1558, docent clarissimis verbis Celeberrimi Scriptores:
Bay-

(1) Joan. Calvin. Epist. 322.



Bayle, (1) „ Proceffit ergo inde in Poloniam
 anno 1558 „ Morerius, (2) „ Ille aufugit in
 „ Poloniam anno 1558 „ Buddeus: (3) „ non
 „ volebat tamen fidere, fed falvavit fe fugâ &
 „ profectus eft anno 1558 in Poloniam „ Ja-
 cobus Iselin: (4) „ clam fe recepit an. 1558
 „ in Poloniam „ Hendreich: (5) „ Quam (Ge-
 „ nevam) Calvino errores ejus detegente año
 „ 1558 deferere, & in Poloniam migrare coa-
 „ ctus eft „ Jöcherus: (6) „ videns, quod
 „ amplius Genevæ fidere non poffit, profectus
 „ eft 1558 in Poloniam „ Sandius: (7) „ Ti-
 „ cino elapfus venit Genevam, & Genevâ anno
 „ 1558 Calvinî iram ob Religionis diverfitatem
 „ fugiens, in Poloniam fe contulit „ Stoinius:
 (8) „ qui (BLANDRATA) venit Pinczoviam
 „ (Poloniæ Oppidum) an. 1558 Genevâ cum
 „ Serveti fententia „

§. XXII.



(1) Dict. Hift. Crit. Art. *Blandrata*.

(2) Dict. Tom. 2. p. 231.

(3) in Lexico Magno p. 382.

(4) Art. *Blandrata* p. 512.

(5) in Pand. Brandenb. p. 590.

(6) Art. *Blandrata*. p. 1123.

(7) Bibl. Antitr. p. 28.

(8) ibidem p. 187.



§. XXII.

Differtatio Excellēni Domini Comitis
Ignatii Batthyáni omni cum hu-
militate examinatur.



In opere MSto Excellēni Domini Comitis E-
piscopi Ignatii Batthyáni, cui Titulus: „ Ana-
„ lecta, & Anecdota Historica Diplomatica de
„ rebus sub Joanne I. & Isabella Regina gestis,
„ præcipue autem de cæde Cardinalis Georgii
„ Martinusii Episcopi Magno-Váradinensis &c.
„ Edidit, recensuit Differtatione, ac Notis il-
„ lustravit Ignatius Comes de Batthyán Episco-
„ pus Transsilvaniæ „ Part. VII. §. IV. n. 2. hæc
lego „ Ipse BLANDRATA asserit se anno 1544
„ servire cepisse Isabellæ Reginae, quam etiam
„ 1552 in Poloniam abeuntem secutus est, (1)
„ ab Eadem in Transsilvaniam reduce, redu-
„ ctus fuit. In annis subducendis magnopere
„ errat *Jöcherus* in Lexico suo, dum ait illum
„ in Poloniam secessisse anno 1558, & an. 1563
„ Archiatrum Principis Transsilvaniæ fuisse re-
„ nunciatum. Facile mihi persvadeo illum non
„ ita semper in Transsilvania consedisse, ut
„ nusquam in Patriam, atque aliorum discurre-

F

re.

(1) Diff. huj. P. 2a, §. X. videatur.



„ reret, sicut in sessione sua anno 1553 dicit se
 „ Eucharistiam sumpsisse in Mestri prope Vene-
 „ tias. Imo Regina adhuc in Transsilvania per-
 „ sistente, videtur in Poloniam commeasse, pro-
 „ cul dubio Fratrum Polonorum consortio frui-
 „ turus „ (1) Haftenus Excellēsus Dominus
 Comes Præsul.

§. XXIII.

Præmissorum Emendatio.

Quod Jöcherus pugnet cum hisce Excellēsi
 Domini Comitis Episcopi verbis: *ab Eadem re-
 duce in Transsilvaniam reductus fuit*: luce
 meridiana clarius est. Jöcherus namque docet
 cum communi Historicorum, Actis Genevensi-
 bus, ac cum primis Epistolis Calvinī innixus,
 BLANDRATAM anno 1556 (quo reducta est
 Isabella) *Genevæ* fuisse, ubi cum Calvino sæ-
 pius in arenam descendit: cujus mansionis in
 sua Dissertatione adornata de BLANDRATA,
 etsi præmature, meminisse tamen dignatur Ex-
 cellēsus Dñus Præsul: Dissertatio contra suppo-
 nit Eundem cum Regina anno 1556 in Trans-
 silvaniam rediisse: qui reditus, præterquam
 quod

(1) In Dissert. de Blandrata p. 527. 528.



quod conciliari nullo modo possit cum Actis publicis Genevensis, & Polonicis, nullis Tabulis, ac Testibus firmatur: atque ideo Jöcheri, & aliorum Spho præcedente citatorum auctoritatem, atque fidem tanto minus potest elevare, quod ipsi Scriptores Domestici hujus reditus BLANDRATÆ cum Isabella nusquam meminerunt, sicque: si uspiam, hic certe præsumptio debet cedere veritati.

§. XXIV.

Uberius firmatur assertio.

Neque salvat BLANDRATÆ itinera libertas illa, quam Ei Excellēus Dñus Comes Præsul dignatur concedere modo in Italiam, mox in Austriam, subinde in Poloniam divagandi: Hæc enim præterquam quod *Archiatro* Reginæ sit indigna, (si non incredibilis) manifeste pugnat cum Actis publicis Genevensis, ac Polonicis, quibus BLANDRATAM pluribus annis commoratum fuisse tam Genevæ, quam in Polonia tam aperte docetur, ut contrarium dici nequeat cum veritate.

Illud autem, quod *Regina adhuc in Transilvania persistente* Fratrum Polonorum (id est: Socinianorum) consortio fruiturus BLANDRA-



TA in Poloniam commeaverit, tam adversatur veritati historicæ, quam certum est illis annis, quibus continua serie regnavit Isabella, hoc est: ab anno 1541, usque annum 1551 in Polonia nullum apertum, ac publicum *Socinianum* fuisse: (1) neque BLANDRATAM Socinianis adnumerari potuisse. Quid quod: *videtur*, &: *procul dubio* de eadem re in relatione historica a Scriptoribus non admittantur.

§. XXV.

Continuatur confirmatio.

Numerum 3um suæ Dissertationis concludens Excellens D. C. Eppus scribit: „ Martinusio „ loco haud moto tutum haud fuisse (BLANDRATÆ) in Religione innovare quidpiam „ (2) & hoc non obstante Nrum 4tum ejusdem Dissertationis hisce inchoat: „ Primo hoc tempore suæ in Transsilvania commorationis latentem corrumpit animum Regii pueri, ac ipsam „ etiam Aulam Regiam, quod dein effectus „ docuit „ quæ duo asserta & se mutuo conficiunt, & superius (3) abunde refutata habentur.

Si-

(1) Dissert. huj. P. 1æ §. XX.

(2) Part. VII. §. 4. P. 528.

(3) Dissert. huj. §. XI.



Silentio pariter involvenda haud sunt *Nrorum* 3^{ti} & 4^{ti} hæc verba: „Ferdinandus necessarium duxit ipsum (BLANDRATAM) in partes suas pertrahere „ & mox *Nro* 4^{to} dicitur: „de recta educatione Joannis desperantem Martinus ad Ferdinandum suum inclinasse animum „ *Quid enim poterat* (liceat hic mihi Excell^{mi} D. C. Eppi verbis quærere) *egregii expectare* Martinus contra BLANDRATAM a Ferdinando in educatione Joannis, *qui necessarium duxit ipsum in partes suas pertrahere?*

§. XXVI.

Solida ex Eadem Dissertatione proponitur difficultas.

Majoris sunt indaginis illa, quæ *Nro* 5^{to} Dissertationis Batthyánianæ lego in hæc verba: „A Joanne anno 1556 in Transsilvaniam re-
„duce donatus fuit (BLANDRATA) spoliis
„Capituli Albenfis Transsilvaniæ tribus possessi-
„onibus Magyar Csergöd, Bolgár Csergöd, &
„Keresztényfalva „ En Diploma in plenam
(ut putatur) probationem horum ab Excell^{mo} D. C. Præsule excitatum:

„Nos Stephanus Bathori de Somlyo Vaj-



„ voda Transsilvanus, & Sicularum Comes &c.
 „ Memoriam commendamus tenore presentium
 „ significantes quibus expedit, universis, quod
 „ Generosus, & Excellens vir GEORGIUS BLAN-
 „ DRATA Physicus, & Medicinæ Doctor co-
 „ ram Nobis personaliter constitutus &c. spon-
 „ te, & libere confessus est pariter, & retulit
 „ hunc in modum: qualiter ipse arduis admo-
 „ dum necessitatibus suis ipsum ad præsens sum-
 „ mopere urgentibus evitandis totales, & inte-
 „ gras Possessiones suas Magyar Csergöd, Bol-
 „ gár Csergöd, & Keresztényfalva vocatas om-
 „ nino in Cottu Albeni Trañniæ existen. habi-
 „ tas alias olim Capituli Ecclesiæ Alben. Trañniæ
 „ existen. habitas, sed juxta publicos Articulos
 „ Dominorum Regnicolarum in Comitibus Eorum
 „ Generalibus ad Festum B. Catharinæ Virginis
 „ anno 1556. Colosvarii editos una cum aliis
 „ Ecclesiarum bonis Fisco Regio applicatas,
 „ ac per Serenissimum Principem quondam Do-
 „ minum Joannem Secundum electum Regem
 „ Hungariæ (1) felicis memoriæ, sibi, suisque
 hæ-

(1) Statutoria pro Stephano Bathori Possessionis *Czegeu* in
 Cottu Szolnok mediocri ad Eppatum antea Ecclesiæ Alb.
 Trañniæ pertinen. anno 1564 emanatæ, vehementem mo-
 vent suspicionem & BLANDRATÆ hoc anno colla-
 tas esse dictas Possessiones ob Præsidium N. Enyedienſe
 in Synodo. Cist. Capit. Fas. 7. n. 53.



„ hæredibus in perpetuum donatas, & collatas,
 „ simul cum cunctis suis utilitatibus, & pertinen-
 „ tiis quibuslibet Spbli, ac Magnifico D. Chri-
 „ stophoro Bathori de Somlyo &c. ipsiusque Hæ-
 „ redibus, & Posteritatibus - - - pro Summa
 „ 6000 flhung. currentis monetæ coram Nobis
 „ per Eundem plene, & integre levatis, &
 „ perceptis jure perpetuo, & irrevocabiliter - -
 „ dedit, vendidit, & perpetuavit &c. harum
 „ nostrarum testimonio litterarum mediante.
 „ Datum in Oppido Torda, Feria quinta pro-
 „ xima post Festum B. Urbani Papæ A. D. 1573 „

§. XXVII.

Continuatur eadem difficultas.

N on absque ratione dixi majoris esse inda-
 ginis illud, quod ad probandum reditum BLAN-
 DRATÆ cum Isabella anno 1556 Spho præce-
 dente prætenfum citatur: Si namque Diploma-
 te probari potest (quod hætenus neque Dome-
 sticis, neque Extraneis Scriptoribus incidit)
 BLANDRATAM prælibato anno e Polonia cum
 Regina rediisse, inanis est omnis labor meus,
 inanis est historica fides. Et hanc, & illum, ut
 evacuari non sinam, salva profundissima, quam
 Excellmō D. C. Prælatō exhibere semper tene-
 or, veneratione, omnia jura non tantum con-
 cedunt, sed me plane impellunt.



§. XXVIII.

Solutio difficultatis incipit.

Ad solvendam hancce vere magnam, imo in oculis Excellēti D. C. Eppi insuperabilem difficultatem, certa ab incertis statim sunt discriminanda. Sequentia igitur certissima esse confiteor:

a. Isabellam una cum Principe Joanne Sigismundo anno 1556 e Polonia in Transsilvaniam rediisse.

b. Bona Episcopalia, Capitulariaque præmissa anno Fisco Regio fuisse addicta.


c. Inter Bona Capituli Albenfis in Transsilvania fuisse tres Possessiones Magyar Csergöd, Bolgár Csergöd, & Kerefztényfalva.

d. Hasque Possessiones aliquando GEORGIO BLANDRATÆ fuisse collatas:

e. Quas ille anno 1573 pro Summa 6000 Hungarior. vendidit Dño Christophoro Bathori de Somlyo. Atque de his, velut diplomatie certissimis, nullam obmovere possum difficultatem, utpote quæ nullo modo tangunt quæstionem inter me, & Excellēti D. C. Episcopum controversam.

§. XXIX.

De Quæstione controversa in Diplomate
citato nec littera.



Id, quod nos inter quæritur, est: Num *BLANDRATA* præfatas Possessiones a Joanne Secundo determinate anno 1556 obtinuerit? quod quia in citato Diplomate ne unica quidem littera exprimitur, hoc est: quod ego in dubium revocare & possum, & debeo.

Enim vero: ipsum documentum per Excellentissimum D. C. Præfulem productum manifeste ostendit, secularizationem (sit verbo venia) Bonorum Ecclesiasticorum; *BLANDRATÆ* item factam Collationem Possessionum non eodem anno contigisse: illa siquidem *regnantibus* Isabella & Joanne Sigismundo sunt adempta, Possessiones autem supra enumeratæ a Joanne Secundo post fata Isabellæ sunt collatæ, ut sequentibus ostendam.

§. XXX.

Unum vivente Isabella, alterum post fata
Ejus contigisse probatur *Primo*.

Lubet utrumque assertum ex ipsis fontibus derivare. In Comitibus die 25^a Novembris



anno 1556 Colofvárini celebratis, inter reliqua
 petunt Inclyti Status, & Ordines (1) „ ut
 „ Bona Episcopatum, Capitulorum, Conventu-
 „ um, Præpositorum, aliarum item Personarum
 „ Ecclesiasticarum non reddantur illis, a quibus
 „ adempta sunt „ cui I. Statuum, & Ordinum
 petito hisce subscribunt Isabella, & Joannes
 Secundus „ Quæ quidem Articulorum Decreta
 „ universa, & singula Nos, Filiusque Noster
 „ Illustrissimus in omnibus punctis, & clausulis
 „ rata, grata, & firma habemus, & in solidum
 „ approbamus, ac Chyrogaphis Nostreis, Fili-
 „ que Nostri Illustrissimi, Sigilloque Reginali
 „ roboranda, & munienda duximus. - - VII.
 „ Decembris. A. D. 1556.

Diploma cit. Stephani Bathori habet: „ per
 „ Serenissimum Principem quondam Dominum
 „ Joannem Secundum electum Regem Hunga-
 „ riæ -- felicitis memoriæ sibi (BLANDRATÆ)
 „ suisque hæredibus in perpetuum fuisse dona-
 „ tas, & collatas „ quis non videat, rem ma-
 turius expendens? diversum hunc expeditionis
 modum diversa regiminis tempora clare deno-
 tare. Ademptionem nempe Bonorum Ecclesia-
 sticorum contigisse temporibus Isabellæ, & Jo-
 annis Secundi; Collationem autem trium Pos-
 sessionum factam regnante Solo Joanne Sigis-
 mundo.

§. XXXI



§. XXXI.

Probatio prima impugnatur.



Quasi vero, dicet aliquis, ex eo, quod Collationes, aut Ordinationes quædam per Isabellam dicantur factæ, Joannes Secundus a Regimine excluderetur? Tres igitur Possessiones per Joannem Secundum collatæ, haud arguunt Collationem post fata Isabellæ contigisse. Contulit Isabella Jurisdictionem Archi-Eppalem Superintendenti Saxonicalium in Transsilvania Ecclesiarum anno 1558, (1) quin in hoc potestatis exercitio Filius Joannes exclusus intelligatur. Contulit & Episcopo Munkátienfi eodem anno (2) Privilegium exemptionis a solutione quarumlibet contributionum, censuum, & taxarum, quin illud autoritate Joannis Secundi non firmatum prætendatur: ergo pariter Collatio trium Possessionum, ut ut Isabellæ non meminerit Diploma Stephani Bathori, post mortem Reginæ facta infundate dicitur.

§. XXXII.



(1) apud Katona Tom. XXIII. p. 140.

(2) apud Eundem ibidem.




§. XXXII.

Solvitur præcedens objectio.

Qui præmissum, a pari, ut dici amat, ductum argumentum in me contorquet, dum assertioni meæ maxime nocere intendit, herbam mihi porrigit. Quis enim aliquem tam peregrinum in Historia Transsilvaniæ supponere ausit, ut Isabellam nunquam sine Joanne Secundo; Hunc vero multis Annis sine Illa regnasse ignoret? Ne itaque temporum regiminis confusio, Donationum, Collationum, Ordinationumque Regiarum convulsio oriatur, dici semper & potest, & debet Isabellam cum Filio Joanne regnasse, ac Documenta utriusque nomine emanasse; contra vero: quia Joannes Sigismundus inde a morte Matris suæ, quæ contigit 1559. Mense Septembri, (1) procul dubio sine Illa regnavit usque ad annum 1571. (2) dum Donatio illius solius Nomine expedita sistitur, hæc post fata Isabellæ facta jure merito non tantum dicitur, sed & illico uberius probabitur.

§. XXXIII.




(1) Katona Tom. XXIII. p. 343. 344.

(2) Pray H. R. H. P. 3. p. 181. 182.



§. XXXIII.

Trium Possessionum Collationem BLANDRATÆ factam post mortem Isabellæ contigisse probatur *Secundo*.



Joannem Secundum solum, vivente Regina Isabella, Donationes aliquas non tantum non fecisse, sed nequidem facere potuisse; atque ideo: ubi solius Joannis Sigismundi fit mentio in Diplomate, post fata Isabellæ accipiendum esse postulat cumprimis ætas Principis ad capeſſenda, ac administranda Regni gubernacula illegitima, quam Inclyti Status, & Ordines ad Comitiam Spho XXX laudata congregati sic declarant: (1) „ Quoniam Puer Regius nondum „ annum decimum (supra septem) expleviſſet, „ ideoque nondum regni gubernandi compos, „ & habilis existiſſimaretur, ut per quinquenniū „ (2) administrandi Regni ſumma Potestas ſit „ penes Reginam „ decernitur. Et hoc poſt redditum (quod bene notandum) e Polonia.

Neque per I. tantum Status, & Ordines ætas illegitima Principis eſt declarata, ſed per Ipſam quoque Reginam in iisdem Comitiiſ ſequen-

(1) Bethlen Lib. 4. p. m. 599.


(2) ut ſit Annorum XXII.



quentibus publicatur: (1) „ Primum ergo Deo
 „ Duce, Generalibus omnium Statuum, & Or-
 „ dinum Regni Nostri Hungariæ, & Transsilva-
 „ niæ votis, & pari consensu statutum est, quod
 „ Nos, tanquam Regina Hungariæ legitime co-
 „ ronata auctoritate conjuncta, & indivisa (2)
 „ (relicto Filio Nostro Illustrissimo sub Tutela
 „ Nostra) imperemus, atque omnia Regni ne-
 „ gotia usque ad ætatem legitimam, in qua bo-
 „ no modo præesse, & rite imperare possit, ad-
 „ ministremus „ Quid his clarius vel desiderari
 „ potest ad hoc evincendum, quod Joannes Se-
 „ cundus *solus* vivente Isabella, Donationes fa-
 „ cere nequiverit? adeoque Donatio trium Posses-
 „ sionum cum per Joannem facta dicatur in Di-
 „ plomate Bathoriano, illa post mortem Isabellæ
 „ debuit contingere.

§. XXXIV.

De Donationibus in specie veritas urgetur.



Ipsas in specie Donationes faciendas citatorum
 Comitiorum Articulus hisce regulat: (3) „ Pu-
 „ blico etiam Decreto sancitum est, quod nos
 ha-

(1) Articulo Diætali citato.

(2) Vide hic fundamentum datæ Rænis §. XXXIII.


(3) Art. Diæt. an. 1556. cond. Colosv.



„habeamus facultatem omnia Officia, Dignitates, atque *Donationes* quibuscunque maluerimus, ordine tamen *superius* narrato, conferre, & inscribere „ atqui ordo *superius* narratus est, ut *auctoritate conjuncta*, & *indivisa*, atque *relicto Filio Joanne Secundo sub Tutela Isabellæ* fiant *Donationes*: Joannes igitur Secundus *solus* nullas facere poterat *Donationes* vivente Regina.

§. XXXV.

Anno 1556. Bona Ecclesiastica de Jure nec erant conferibilia.



P osteaquam Inclyti Status, & Ordines Serenissimæ Reginæ in eo supplices facti fuissent „ ne „ Bona Ecclesiastica iis redderentur, a quibus „ adempta sunt „ dicit Isabella: (1) „ Nos „ igitur statuimus super cunctis Bonis Ecclesiasticis cum Consiliariis Nostris benevole conferre, & mature deliberare, an bona, atque emolumenta ejusmodi Ecclesiastica reddere eis, a quibus adempta sunt, an in usus Nostros, & publicos retinere debeamus „ In citatis igitur Comitibus dicuntur quidem *adempta*, sed quid

(1) Art. Diat. an. 1556.



quid cum illis faciendum sit, adhuc VII Decembris an. 1556 nondum conclusum: consequenter dicto anno Bona illa de Jure non erant conferibilia.

Scio equidem multos, post Szegedium, (1) tam Ademptionem, quam Collationem similium Bonorum acerbius infectari, ast de his hodie disputare & vanum, & illicitum.

§. XXXVI.

Ultima Assertionis ratio.

Incertum est, (nisi ipsæ Donationales pro BLANDRATA expeditæ producantur) quò annò Joannes Secundus supra memoratas Possessiones contulerit Eidem: Certum autem est BLANDRATAM anno 1558 fuisse Genevæ, (2) antea autem Tiguri; (3) ergo nec supponi potest, taceo ostendi, Donationem Joannis Secundi, de qua loquitur Diploma Bathorianum, emanasse illo tempore, quo vixit Isabella; ut adeo: si alicubi, hic certe præsumptio cedere debeat veritati. Verbo: Stephanus Bathori dicit Bona illa, quæ BLANDRATÆ


-
- (1) Decr. & Vit. Regum Hung. p. 207
 (2) Diss. huj. P. 2^a §. XXI.
 (3) Petrus Martyr Epist. de 11^a Junii.



TÆ collata sunt per Joannem Secundum, a-
dempta fuisse Capitulo Albenfi in Transsilvania
anno 1556; ast eodem anno factam fuisse Col-
lationem eorundem nec littera affirmat: ergo
primum docet EXcellēsus D. C. Eppus Diplo-
matice; alterum autem qui dicit, contrarius
est veritati historicæ.

§. XXXVII.

Dissertationis Batthyanianæ *Nrus 6tus*
emendatur.



Dissertationis suæ *Nm 6tum* sic orditur Ex-
cellēsus D. C. Prælatus „ Jam enarrandæ sunt
„ BLANDRATÆ in Religione innovationes:
„ Joanne itaque in Transsilvaniam cum Isa-
„ bella Matre reducto, redux ipse quoque BLAN-
„ DRATA, Theologum se potius, quam Me-
„ dicum exhibuit, tantique fuit habitus, eoque
„ in pretio, ut Synodo Enyediensi in materia
„ Cænæ Dominicæ Año 1564 celebrata Præses
„ daretur a Joanne Secundo.

Tria sunt, quæ in præmissio Articulo e-
mendari debent. Primum: quod BLANDRA-
TA post reditum suum e Polonia cum Isabella,
& Joanne in Transilvaniam, innovationes in
Religione fecerit. Alterum: quod BLANDRA-



TA cum Joanne reducto e Polonia redierit, Tertium denique: quod redux Theologum se potius, quam Medicum exhibuerit.

Primum pugnat cum Dissertationis No 40, ubi Excellēsus D. C. Eppus hæc dignatur scribere: „ primo hoc tempore suæ in Transsilvania commorationis latenter corrumpit animum „ Regii pueri, ac ipsam etiam Aulam Regiam „ ergo (ut prætenditur) longe ante annum 1556 innovationes fecit BLANDRATA in Religione: quod utrumque superius (1) abunde refutavi.

Alterum absque Tabulis, & Testibus dictum pluribus supra (2) habes emendatum, quibus potest addi & illud: quod BLANDRATAM e Polonia advocaverit Joannes Sigismundus anno 1563, (3) Quando ergo? & quo motivo discessit ex Aula Isabellæ? Redux enim in Transilvaniam (ut prætenditur) cum Joanne anno 1556, rursus vocari non poterat e Polonia, quin hinc illuc commigraverit: cujus tamen egressus nullum vestigium in Historicis.

Tertium tandem quomodo cum veritate possit affirmari, non apparet: BLANDRATA enim (ut prætenditur) debuisset redire cum
Isa-

(1) Diss. huj. P. 1^a §§. XXII. XXIII. XXIV.

(2) ibid. P. 3^a §§. XXVI. & seqq.


(3) ibid. - - §§. XLIII. & seqq.



Isabella anno 1556, ob Præsidium autem longe postea Ei delatum, anno nempe 1564, qua ratione se Theologum exhibuerit, tanto minus elucet, quod etiam in ipsa Synodo non BLANDRATA fuerit Theologus, sed Luthérani, & Calviniani de Cæna Dominica disputantes. Illud simul hic pro Coronide noto: quod magnam cum Szegedio (1) faciant omnes injuriam Isabellæ, qui Ejus Filium, vivente Matre, corruptum, ac Aulam Regiam Socinianismo infectam prætendunt; de Reginæ namque fide Romano-Catholica hætenus haud est dubitatum. Sed redeo jam ad continuanda itinera, ac facta GEORGII BLANDRATÆ.

§. XXXVIII.

BLANDRATA in Polonia
visitavit etiam suos.



Cl. Moshemio referente: (2) „ Sociniani in
„ Poloniam commeantes cautè primùm animo-
„ rum sensa explicabant, unde per plures annos
„ Lutheranis, & Calvinianis misti vivebant, ne-
„ que ab illis vel Sacris, vel Publicis delibera-
„ tionibus excludebantur „ Mirum igitur vide-
G 2 ri-

(1) apud Katona Tom. XXII. p. 852.


(2) Historiæ Christ. p. m. 813.



ri non debet; imo diverso dogmati obstetricans astutia exigebat, ut se BLANDRATA, anno 1558 in Poloniam ingressus, Reformatorum Cœtui, jam satis tunc firmato in Polonia, sociaret.

Quia tamen *Homodoxi* Pinczoviæ plurimum morabantur, Pinczoviam ivit BLANDRATA, (1) ubi *Petrum Gonesium*, & *Franciscum Stancarum* (qui hoc anno umbrâ citius e Transsilvania disparsens, (2) in Poloniam venit) illum *Trinitatem*, hunc *Mediatorem* oppugnantes invenit: & brevi ob disputationes partim cum nominatis, partim cum *Lismani*no habitas: eo negotium Religionis est deductum, ut tam in Novembri, quam XV Decembris anno 1558 Synodus debuerit celebrari absque ullo effectu; (3) quam excepit alia 25a Aprilis anno 1559 convocata, in qua conclusum est, ut Ministri examinentur, quid sentiant de Deo? (4)

§. XXXIX.



(1) apud Sandium p. 184.

(2) Veszprem. Biogr. Cent. 2. p. 192.

(3) apud Sand. Stoinius p. 184.

(4) ibidem p. 185.



§. XXXIX.

BLANDRATA fit Senior Poloniæ minoris.



Anno 1560 in Synodo Xianfensi Mense Septembri celebrata, incipit BLANDRATA Senior minoris Poloniæ appellari, prout etiam in Synodo Pinczoviana 1561 XXX Januarii convocata: item in alia Cracoviæ servata anno eodem XVI Septembris. (1) Hujus Officii Sandius quoque hisce meminit: (2) „ Anno „ 1558 in Poloniam se contulit, (*Blandrata*) „ ubi (*tardius procul dubio*) factus est Senior Ecclesiarum Districtus Cracoviensis „ Idipsum docent Cl. Bayle (3) „ Cum adventu „ suo in Poloniam nominatus est Senior Eccle- „ siarum, quæ erant sub Jurisdictione Craco- „ viensi „ Jacobus Iselin (4) „ in Poloniam „ se recepit, ubi a Reformatis cum honore „ acceptus fuit „ quorum relationem sic claudit Seivertus: (5) „ Franciscus Lismaninus ipsum „ ejatibus Reformatis commendavit, a quibus „ Fra-

G 3

„ Fra-

(1) apud Sandium loc. cit.

(2) Bibl. Antitr. p. 28.

(3) in Dict. Art. *Blandrata* p. 564.(4) in Lexico Art. *Blandrata*. p. 512.

(5) Quartalschr. Tom. 5. p. 318.



„ Fraterne acceptus est, nullumque de sinceri-
 „ tate principiorum ejus dubium habentes, mox
 „ *Seniorem* Districtus Cracoviensis constitue-
 „ runt „

§. XL.

Fleurianus Continuator refellitur.

P atet e citatis paulo ante, quam fidem me-
 reatur relatio Fleuriani Continuatoris, dum
 hæc scribit: (1) „ ab anno 1552 usque ad an-
 „ num 1555 tantopere suorum numero excre-
 „ verunt, (*Sociniani*) ut Pindzovæ, Racoviæ,
 „ Lublini, Luclaviæ, Kioviæ, Cracoviæ, No-
 „ vogardiæ, Volniæ, & alibi plures ejusmodi
 „ Ecclesias stabilirent, suamque Metropolita-
 „ nam in Urbe Cracoviana præter quoddam
 „ Collegium, ac Typographiam erigerent „
 Primus siquidem *Petrus Gonefius* fuit, qui an-
 no 1556 in Synodo Evangelica publice oppu-
 gnavit Trinitatem teste Stoinio, (2) quem
 citat laudatus Continuator: quomodo ergo jam
 anno 1555 potest dici, Socinianos ita fuisse mul-
 tiplicatos, ut tot, tamque celebres Ecclesias e-
 rexerint? Cracoviæ certe ne Lutheranorum
 qui-

(1) Tom. XLIV. p. m. 289.


(2) apud Sand. Epit. p. 185.



quidem placita anno præfato fixerant domicilium, (1) taceo Socinianorum.

§. XLI.

BLANDRATA venit in vehemētissimam fuspicionem.



Anno 1561 XVI Septembris juxta Stoinium, (2) aut X Decembris, ut Historia Reformationis Polonicæ habet: (3) celebratam in Synodum Cracoviæ, adferuntur Litteræ Calvini Genevâ, quibus hortabatur Cracovienses, & Pinczovianos, ut sibi a **BLANDRATA** caveant; quæ in multorum animis fidem tantam invenerant, (4) ut post longam disputationem tandem uno ore ab omnibus conclusum sit, quatenus **BLANDRATA** Confessionem suæ fidei conscribat, & suam innocentiam asserat. (5) Posteaquam enim in Calvini Litteris hocce **BLANDRATÆ** argumentum Synodales Ministri, ac Patroni legi audirent „ Quicumque invocat „ Deum illum Deut. VI propositum, qui est

G 4

ex

(1) Hist. Reform. Polon. L. 2. C. 3. p. 47.

(2) apud Sand. Epit. p. 185.

(3) Lib. 12. Cap. 6. p. 126.

(4) Ibidem.


(5) Ibidem p. 129.



„ ex sententia Trinitariorum Pater, Filius, &
 „ Spiritus S. debet invocare per Mediatorem;
 „ sed Pater, Filius, & Spiritus S. simul non
 „ habent Mediatorem: ergo simul non invocan-
 „ tur „ non intelligere non poterant, Myste-
 rium Trinitatis ab illo oppugnari, tanto id
 quidem magis, quod jam etiam in Polonia de
Præeminentia Patris: *BLANDRATA* quæstio-
 nem moverit. (1)

§. XLII.

BLANDRATA exhibet Professionem Fidei,



Fidei suæ confessionem tanto magis urgebant
 a *BLANDRATA* Reformati, in quorum Cætu
 vivebant dogmatis Unitariorum Fautores, ac in
 Poloniam advenientes, quanto hominum horum
 sententia de Trinitate frequentius se prodebat
 in Synodis causa *Stancari* celebratis, etsi eam
 adhibito miro artificio dissimulare anniteren-
 tur. (2)

Satis, superque probat simulationis agendi
 modum *BLANDRATÆ* factum illud, quô in
 Synodo *Xiansensi* anno 1562 die X Martii ce-
 le-

(1) Hist. Reform. Polon. L. 2, C. 6, p. 137.

(2) Jablonski ad Sec. XVI, p. 173.



lebrata, Viginti octo Ministris, ac Duodecim Patronis Nobilibus Reformatis imposuit sequenti fidei professione: (1) „ Fateor me credere in unum Deum Patrem, in unum Dominum „ JESUM Christum Filium ejus, & in unum Spiritum Sanctum, quorum quilibet est essentialiter Deus, Deorum pluralitatem detestor, „ cum unus nobis sit tantum Deus, essentia indivisibilis. Fateor tres esse distinctas Hypostasas, & æternam Christi Divinitatem, ac „ Generationem, & Spiritum Sanctum verum, & æternum Deum ab utroque procedentem „ (2) ubi tamen palam, & publice dictitabat BLANDRATA cum Lismanino, (3) „ nisi „ Deus, qui in Sacris Litteris Pater Jesu Christi dicitur, Altissimus esse statuatur, non posse satisfieri *Stancaro*, imo nec Deo Summo honorem debitum relictum iri, cum Christus ipse de eo dixerit: *Pater meus, major me est.*

§. XLIII.

BALANDRATA summe sollicitus de se, vocatur in Transsilvaniam.

Professio Fidei supra relata una cum informatione, ac commendatione Synodi, trans-

(1) Hist. Refor, Polon, p. 130.

(2) Regenvolscius Hist. Eccl. p. 86.

(3) Hist. Refor, Polon, L. 2. C. 6. p. 131.



missa est Genevam Joanni Calvino. Verum ille noscens ex ungve Leonem, nullam declarationi, ac subscriptioni BLANDRATÆ præbuit fidem, ideoque Litteris eundem persequi non cessabat. (1)

Senferat autem jam Genevæ efficaciam persequutionis Calvini BLANDRATA, ac simul Ecclesiam Socinianorum in Polonia nullam hucum formatam esse ob resistantiam Romano-Catholicorum, Lutheranorum, & Calvinianorum sciens, in eo unice desudabat, ut Calvinum sibi reconciliatum intelligeret. (2) Ab hac sollicitudine opportune liberavit BLANDRATAM Joannes Sigismundus Princeps Transsilvaniæ, qui hominem jam ante notum in Aula Isabellæ, a Joanne Calvino persequutiones sustinentem, antequam Sociniani in Polonia publicam cum Lutheranis, & Calvinianis habuissent *Petricoviæ* disputationem anno 1565, ac sequenti anno in Comitibus Lublinsibus secedere jussi fuissent, (3) in Transsilvaniam evocavit.

§. XLIV.



(1) Hist. Refor. Polon. Lib. 3. C. 1. p. 170.

(2) Ibidem L. 2. C. 6. p. 130.

(3) Mosh. Hist. Christ. p. 814. Schoman in Testam. apud Sand. p. 194. Hist. Ref. Pol. L. 3. C. 4. p. 194.



§. XLIV.

Quo ordine collocandi Scriptores, qui de
Secundo Adventu BLANDRATÆ
in Transsilvaniam egerunt?



Eo jam fata, itineraque GEORGII BLANDRATÆ sunt devoluta, ut de *Secundo* Adventu Ejus in Transsilvaniam ad Aulam Joannis Secundi dicere sit necesse. Persequar id eo ordine, ut *primo* illorum faciam mentionem, qui scribunt BLANDRATAM venisse quidem ad Aulam Joannis Sigismundi, quô tamen hoc Annô contigerit, altum silent. *Secundo* eorum, qui vocationis, & adventûs simul tempus ac Annum enunciant. *Tertio* tandem illorum, qui vocationis, & adventûs BLANDRATÆ in Transsilvaniam Annum talem figunt, qui publicis Synodalibus, ac Diætalibus Transsilvaniæ Actis refellitur. Ex his rursus sponte fluet BLANDRATAM anno 1556 cum Isabella in Transsilvaniam haud rediisse.

§. XLV.





Scriptores Adventus Secundi BLANDRA-
TÆ in Transsilvaniam Annum
non determinantes,

Ducat agmen illorum, qui Adventus BLANDRATÆ in hunc Principatum Annum non determinant, Celeberrimus sui temporis *Antonius Possevinus*, (1) „ a latere, (ait) Joannis „ Sepusii adolescentis Transsilvaniæ Principis „ Medicus non discedebat, qui olim in Trans- „ silvaniam venerat, & GEORGIUS BLANDRATA vocabatur. Hic jam usque ad fæces „ epoto Serveti, & Valentini Gentilis veneno, „ operam dabat, ut late diffunderetur „ D. Morerius: (2) „ Dein in Transsilvaniam (aufu- „ git) quo vocatus fuit per Principem Joannem Sigismundum, quem infecit erroribus „ suis „ Cl. Richardus: (3) „ retraxit se Germaniam. Deinde in Poloniam, & Transsilvaniam „ Natalis Alexander: (4) „ Antitritariorum errores in Transsilvania - sparserunt GEORGIUS BLANDRATA Medicus Italus

(1) Moscovia, & alia opera. p. 177.

(2) in *Lexico Art. Blandrata*.

(3) *Art. Blandrata*. p. 683.

(4) *Hist. Eccl. in Secul. XV.* p. 129-



lus, ad cujus Quæstiones extat Calvini Responsum Tom. 8. operum. p. 585. editum, Cl. Theod. Beza: (1) Incidit BLANDRATA in Transsilvaniam rediens (2) in quemdam Franciscum Davidis, &c. Præter hos P. Maimbourg: (3) & Florimundus Ræmundus (4) nullum quidem in contextu Annum exprimiunt; dum dicunt BLANDRATAM ad Joannem Sigismundum profugisse; at quia circumstantiæ Illum loqui de Anno 1553, Hunc autem agere de temporibus Isabellæ, satis determinent, nec de primo, nec de secundo Adventu BLANDRATÆ in Transsilvaniam intelligi possunt.

§. XLVI.

Scriptores, qui Adventus Secundi in Transsilvaniam BLANDRATÆ, Annum determinant.



Adventus primi Annum BLANDRATÆ ad Aulam Isabellæ scimus ex propria Ejus passione; (5) modo: Adventus secundi tempus ad
Au-

(1) apud Natalem loc. cit. Epist. 81.

(2) Si rediit: ergo antea hic fuit.

(3) Hist. Arian. Tom. 3. p. m. 344.

(4) Lib. IV. C. VII. N. 3. p. m. 525

(5) Diff. huj. P. I. §. XIV.



Aulam Joannis Sigismundi discamus *primo* e Scriptoribus Polonis Antitrinitariæ Religioni in Polonia addictis. *Secundo* e Domesticis. *Tertio* ab Extraneis, qui auctoritate primorum victi, testimonium perhibent veritati.

Princeps omnium est *Sandius*, qui de adventu BLANDRATÆ in Aulam Joannis Secundi hæc habet: (1) „ Verum cum nec hic „ (*in Districu Cracoviensi*) quiete degere „ posset, Calvinò scriptis suis eum persequente, „ a Joanne Sigismundo Principe circa an. 1563 „ evocatus, concessit in Transsilvaniam „ *Lubienietius*: (2) „ Inter hæc evocaverat in „ Transsilvaniam Joannes Princeps Hungariæ, „ & Transsilvaniæ - GEORGIUM illum BLAN- „ DRATAM, qui præclaris meritis magnam „ auctoritatem apud Eum sibi conciliaverat. „ Quam ille vocationem tanto alacrius ample- „ xus est, quod eum Calvinus missis per Polo- „ niam, & Litvaniam litteris persequi non de- „ stiterit „ *ly inter hæc* quem annum dicat, paulo inferius pandit idem Historicus hæc sub- „ jungendo: „ illo anno 1563 typis publicis ex- „ scripta Brestiæ Litvanorum - - Bibliorum uni- „ versorum versione Poloniæ nondum conspe- „ cta „ Patet ex his neque prius, neque seri-
us

(1) Bibl. Antitrin. p. 28.

(2) Hist. Reform. Pol. L. 3. C. 1. p. 170.




us venisse BLANDRATAM ad Aulam Joannis Secundi, quam anno 1563, & quidem vocatum.

Notandum hic illud bene, quod ad Aulam Joannis Secundi venerit BLANDRATA anno 1563, ad Aulam namque Isabellæ venit prius an. 1544. ut vidimus §. XIV. Partis Iæ.

§. XLVII.

Scriptoribus Domesticis in subjecta materia adnumerari nequit Istvánfius.



E Scriptoribus Domesticis quod primum obtinere locum nequeat Livius Hungariæ Nicolaus Istvánfi in hac quæstione: *Quo Anno venit BLANDRATA in Aulam Joannis Secundi?* decidenda, tanto magis sentio, quanto crebrius eos in relationibus ejus lego errores, „ qui „ Extraneo vix ignosci possent, si de rebus nostris scribere quidpiam tentat „ inquit Excel-
lens D. C. Eppus Ignatius Batthyáni. (1)

Profecto dum ad annum 1564, (2) ab-
que omni documento, tantum tribuit BLANDRATÆ Zelum *Arianæ pestis* (sunt verba Istvánfii) propagandæ, ut hujus veneno non tantum

(1) Dissert. Præm. Sect. 2. §. 5. N. 3.


(2) Hist. Lib. XVIII. p. 194. & Lib. XXI. p. 268.



tum Principem, sed omnes illos, apud quos summa rerum erat, infectos dicat, facili negotio meminisse poterat Adventus BLANDRATÆ in Aulam Principis Sigismundi, de præcedente annō Oratorium magis, quam Historicum sermonem ducens; aut vero huic suæ relationi: *quos omnes simul cum Principe GEORGIUS BLANDRATA &c.* hanc particulam Orationis addere: *qui anno superiore à Principe ex Polonia fuerat evocatus.* Sed nempe: prævidit sapienter Orator, relationem suam vel ex eo in dubium vocandam, quod tantam Religionis conversionem valde angustis terminis claudat: quid quod cum domesticis instrumentis pugnet. (1)

§. XLVIII.

BLANDRATÆ Adventus Secundus in Transsilvaniam e Scriptoribus Domesticis authoritate Cl. Katona probatur *Primo.*



Sequitur hic directionem Cl. Jos. Caroli Eder, (2) atque e locupletissimo rerum Hungaricarum promptuario, Crytica quippe Historia Vi-
ri

(1) *Acta Synodalia Lutheranorum perhibent anno 1564 Blandratam nondum Unitariæ Religioni in Transilvania initium dedisse.*

(2) In Simigianum p. 11.



ri suo merito Celebratissimi Stephani Katona ad
figendum annum Adventûs BLANDRATÆ in
Aulam Joannis Sigismundi sequentia produco
contra Eundem: (1) „ prius enim illa (*Isa-*
„ *bella*) decessit anno 1559, quam hic Medicus
„ (*Blandrata*) in Transsilvaniam venisset an-
„ no 1563, qui Joannem Sigismundum pri-
„ mum Lutheri, deinde Calvini, dogmata fe-
„ quutum, in suam demum sententiam pertra-
„ xit sub annum 1566 „

In hac Clarissimi Viri relatione habeo, &
quod teneam, & quod refellam. Dicit enim
BLANDRATAM venisse ad Joannem Sigis-
mundum anno 1563, quod verum est, & hoc
teneo. Dicit Isabellam ante adventum BLAN-
DRATÆ in Transsilvaniam mortuam esse,
quod a veritate abludit, & hoc refello.

Enimvero: GEORGIUS BLANDRATA fu-
it Medicus Isabellæ: (2) ergo Isabella non pri-
us decessit, quam hic Medicus in Transsilvani-
am venit. Illud Cl. Katona plus simplici vice re-
cognoscit; (3) hoc vero ex antecedente spon-
te fluit.

H

Ec-

(1) Hist. Crit. Tom. XXII. p. 852.

(2) Diss. huj. P. 1æ §. VII. & seqq.

(3) Hist. Crit.. Tom. XXI. p. 611. & 663.



Ecce Antilogiam illam, quæ me ad Dissertationem hanc adornandam compulit! de duplici nempe ingressu in Transsilvaniam BLANDRATÆ Scriptores Domestici ne quidem somniarunt, sed ubi documenta illos cogeabant, ut de BLANDRATA quâ Medico Isabellæ scriberent, fecerunt; illud absurdi adjiciendo absque Tabulis, & Testibus, quod BLANDRATA Aulam Isabellæ infecerit, Consiliarios Arianiſmo inquinaverit, Religionem in Transsilvania sub Isabella Socinianismo corruperit.

Post Undecim annos eorum, qui scripserunt penitus obliti, videntes documenta Polonica, quæ BLANDRATAM a Joanne Sigismundo vocatum, anno 1563 in Transsilvaniam venisse perhibent, idipsum absque eo, quin ad primum ingressum reflecterent, affirmarunt, & sic se ipsos refutarunt. Cum tamen utrumque verum sit, nempe: & Medicum fuisse BLANDRATAM Isabellæ prius, & Religionem Romano-Catholicam per illum fuisse turbatam ferius, si & *ingressus*, & *Religio* BLANDRATÆ, ut debet, examinetur.

Venit in Aulam Isabellæ BLANDRATA anno 1544, (1) sed *Romano-Catholicus*, (2)
er-

(1) Diss. huj. P. 1^a §§. XIII. XIV.


(2) Ibidem §§. XVII. XVIII. & seqq.



ergo sub Isabella nullum Arianismo infecit. Anno 1551 cum Isabella e Transsilvania egressus, rediit ad Aulam Joannis Sigismundi anno 1563, sed jam *Socinianus*, ergo sub Joanne Secundo ad sua dogmata multos traduxit: atque hæc duo, ubi Scriptores Domestici ad amussim discriminaverint, omnem in suis relationibus Antilogiam dissipabunt.

§. XLIX.

E Domesticiis Scriptoribus probatur *Secundo* Adventus Secundus.



Clarissimus e Domesticiis Seculi XVI. Scriptor Franciscus Forgáts Eppus Váradinensis in suis Commentariis illa, quæ anno 1563 contigerunt, prosequutus, inter reliqua habet: (1) „GEORGIUM BLANDRATAM Medicum, & „ex Intimis Consiliis Posonium miserat (*Joannes Secundus*) tali mandato, sed tamen „secretissimo, ut etiam Transsilvaniam, atque „Hungariam, si alias sibi Ferdinandus Provincias daret, commutaturus esset „

P. Samuel Timon ejusdem anni res gestas in compendium cogens, ait: (2) „GEORGI-

H 2

„ US

(1) Comment. Lib. XIII. p. 334.

(2) Epitom. Chron. p. m. 187.



„ US BLANDRATA, qui apud Joannem Sigismundum omnia poterat, Abbatiam Kolos - Monostoriensem usurpabat „ Uterque, ut vidimus, Historicus Patriæ testatur BLANDRATAM jam anno 1563 ad latus Joannis Secundi fuisse.

Ne interim quidpiam dissimulare videar, advertendum, quod uterque tempus Adventus BLANDRATÆ in Aulam Principis non tantum silentio premat, sed insuper tam Hic, quam Ille suæ relationi tale quidpiam inferat, quod quibusdam dubium movere potest. Forgáts siquidem dicit BLANDRATAM ad Ferdinandum in Comitibus Posoniensibus agentem, missum fuisse, cum tamen nullus Domesticorum Scriptorum Stephano Bathori ad Ferdinandum ablegato *hac vice* Socium addat, ad hæc: Paulo ante exierat e Polonia GEORGIUS BLANDRATA: estne igitur credibile tantum negotium homini, circumstantias inde ab anno 1552 Transsilvaniæ, & Hungariæ ignoranti, commissum fuisse?

De eo pariter, quod BLANDRATA post exitum suum e Polonia in Transsilvaniam, illico Abbatiam Kolos - Monostoriensem adprehenderit, tacentibus Scriptoribus Domesticis (si Horányium excipiam) (1) non tantum dubi-
um




um oriri potest, sed cum documento quodam
(1) pugnare videtur.

Cæterum: hæc tanto lubentius sub lite relinquo, quanto certius est, me prælaudatis testimoniis non plus probare voluisse, quam quod BLANDRATA anno 1563 jam fuerit in Aula Joannis Sigismundi.

§. L.

E Domesticis probatur *Tertio.*



Inter illos, qui Ortum, & Progressum diversarum in Transsilvania Religionum adornarunt, eximias meretur laudes Cl. Josephus Benkö, qui de Adventu BLANDRATÆ in Aulam Joannis Sigismundi hæc habet: (2) „ Unitariæ „ hujus in Transsilvania Religionis primus pro- „ pagator extitit GEORGIUS BLANDRATA „ Italus Pedemontanus Medicinæ Doctor, qui „ anno 1558 in Poloniam secessit, unde anno „ 1563 in Transsilvaniam venit munere Archia- „ tri in Aula Principis functurus „ Similia scribit Cl. Veszprémi: (3) „ BLANDRATA GE- „ ORGIUS fatalis Medicus gente Italus, Patriâ

H 3

Pe-

(1) apud Kaprin. Hist. Dipl. p. 45.

(2) Trans. Tom. 2. Lib. 4. C. 12. p. 130.

(3) in Biogr. Medicor. p. 20.



„ Pedemontanus Salucienſis - - ex vicina Polo-
 „ nia, quam Arii venenis jam imbuerat, (1)
 „ in Tranſſilvaniam anno 1563 delatus, in Au-
 „ lam Joannis II. electi Hungarorum Regis
 „ commigravit „ Confirmat citatorum relatio-
 „ nem Cl. *Seivertus*, dum ait: (2) „ Anno 1563
 „ a Principe Joanne Sigismundo ut Medicus vo-
 „ catus, BLANDRATA venit „ Jungo his om-
 „ nibus *Anonymum* domesticum, cujus Historiæ Ec-
 „ cleſiaſticæ compendium Baſileæ editum 1753,
 „ in rem meam hæc habet: (3) „ Erdélybe jött
 „ bé ez a' Vallás BLANDRATA GYÖRGY
 „ Orvos Doctor által, a' ki M.DLXIII^{dik} eszt.
 „ Lengyel Országból Erdélyben jöven a' má-
 „ sodik János Király mellet - - a' maga Meſter-
 „ ségét gyakorlotta. „

§. LI.

E Domesticis probatur Quarto Auctori-
 tate Historici Ecclesiarum Unitaria-
 rum in Transsilvania.



Cl. Michael Senior Kozma, Tractûs, dum
 viveret, Marusiensis Archi-Diaconus, ac Pastor
 Szent Geliczenſis, in Historia ſua MSta, cui
 Ti-

(1) *Blandrata in Polonia nullam formavit Eccleſiam Unitariorum:*
ergo Poloniam non imbuit Arii venenis.

(2) Quartal. p. 318.

(3) Part. 6. §. 416. p. 427.



Titulus: „ Extractus Unitario - Ecclesiasticæ
„ Historiæ Transsilvanicæ „ hæc scribit: (1)
„ GEORGIUS BLANDRATA Natione Italus
„ Pedemontanus ex Oppido Salutio (unde Sa-
„ lutiensis dicitur) cum in suspensionem ratio-
„ ne opinionis suæ de unitate Dei incidisset,
„ Ticino (Ticinum Nobile Oppidum in Italia
„ Alpibus finitimum) ex Inquisitorum mani-
„ bus, vel ex Inquisitionis custodia elapsus,
„ consulere volens vitæ suæ, ne id ei eveniret,
„ quod multis aliis Italis Martyrium passis, au-
„ fugit Genevam, sed *incidit in Scyllam* vo-
„ lens *vitare Charybdim*, Nam Sangvinarius ille
„ Calvinus ibi habitabat, qui Servetum pro-
„ pter Ejus confessionem *de uno Deo Patre*,
„ & *unico* ejus Filio ad rogam damnum anno
„ 1553 XXVII 8bris flammis exuri curavit. - -
„ Proinde Genevæ in tuto esse non licuit BLAN-
„ DRATÆ: iterum Calvinii iram ob Religionis
„ diversitatem fugiens, ivit in Helvetiam, por-
„ ro in Germaniam, deinde anno 1558 venit
„ in Poloniam, ubi factus est Senior Ecclesia-
„ rum *Unitariarum* Districtus Cracoviensis,
„ moratusque ibidem quatuor annos, &, siquid
„ excedit, cum nec ibi in quiete, & tuto de-
„ gere posset propter Calvinum, Scriptis suis
„ eum persequentem, a Principe Transsilva-
„ niæ

H 4

„ niæ

(1) Lib. I. C. 2 p. III. E.



„ niæ Joanne Sigismundo requisitus, ut Medi-
 „ cus, ejusdem artis Medicæ beneficio, ac Pe-
 „ trovichii ope in Aulam Joannis Sigismundi
 „ penetravit anno 1563. „

§. LII.

Quædam in præfato Testimonio
 emendantur.

Habes Spho præcedente B. L. tanto majoris
 auctoritatis Unitariorum Senioris, tempus Ad-
 ventûs BLANDRATÆ enunciantis Testimoni-
 um, quanto altioris disciplinæ pertractandæ (Hi-
 storix nimirum Unitariorum in Transsilvania
 conscribendæ) officium Eidem erat concredi-
 tum. Id tamen & in relatione Cl. Senioris de-
 sideratur, quod in singulis Scriptoribus aliis
 (si Excellmum D. C. Eppum Ignatium Batthyá-
 ni excipias) frustra quæritur. Ignoravit nempe
 & Vir iste Clarissimus GEORGIUM BLANDRA-
 TAM bis in Transsilvaniam penetrasse. Se-
 mel quidem ad Aulam Isabellæ, & de hac
 commoratione Cl. Historiographus Unitarius
 nihil habet. Deinde ad Aulam Joannis Secun-
 di, & hoc una mecum docet anno 1563 con-
 tigisse.

Sunt interim in præmissa Cl. *Senioris* re-
 latione & talia, quæ quia doctrinæ meæ oppo-
 nun-



nuntur, ideo cum veritate historica non cohærent. Enimvero *a* BLANDRATAM e Germania venisse in Poloniam anno 1558 refel-
lunt omnes illi Scriptores, quos longo ordine
citavi superius. (1) *b* Factum autem fuisse
Seniorem Ecclesiarum *Unitariarum* Districtus
Cracoviensis, tam adversatur historicæ veritati,
quam certum est in præfato Districtu anno 1558,
& aliquot immediate sequentibus nullas fuisse
Ecclesias formatas *Unitariorum* (nisi forte e-
xiguum Cætum Pinczoviensem) (2) alioquin
qualis illa fuisset reprehensio Reformatorum per
Calvinum facta ideo, quod BLANDRATA con-
stitutus sit Senior *Unitariorum*? Simulabat
itaque Medicus se Protestantem, & ideo, teste
Calvino, ut Angelum Dei acceptarunt. Deni-
que *c* Petrovitfii ope penetrasse BLANDRA-
TAM ad Aulam Joannis Sigismundi præten-
dere, nihil est aliud, quam ad campos Elysios
pro Patrocinio confugere. Certum enim est (3)
Petrovitfium ante Isabellæ mortem fatis cessisse;
ergo tardius anno 1563 ope Petrovitfii mortui
in Aulam Joannis Sigismundi BLANDRATA
penetrare non poterat.

Scio

-
- (1) Diff. huj. P. 2æ §. XXI. potest interim dici cum
Spondano: *transit à Germaniâ.*
(2) Ibidem §§. XXXVIII. & seqq.
(3) Ibidem P. 1æ §. XXXIV.



Scio equidem hanc suam opinionem de Petrovitio sumpsisse Cl. Seniore e Scriptoris olim Soc. Jesu, ut sunt: Szegedi, Fasching, Illia, Daroczi, & alii, quos Testes Extraneos, & fide dignos vocat passim in sua Historia: Verum: & hi a mortuo Petrovitio implorant opem BLANDRATÆ in assequendo Officio Archiatri apud Joannem Sigismundum; de quibus amplior recurret sermo, dum de Origine Religionis Unitariæ pronunciabimus.

§. LIII.

BLANDRATAM venisse ad Aulam Joannis II. anno 1563 Authoritate Extraneorum probatur.



Sequuntur jam Scriptores Extranei & Multi, & Magni, qui dicunt GEORGIUM BLANDRATAM ad Aulam Joannis II. venisse anno 1563. Sit primus horum Cl. Bayle (1) „ Ille (*Blandrata*) mutavit Scenam annô 1563 vocatus „ in Transsilvaniam per Principem Joannem „ Sigismundum „ Cl. Morerius: (2) „ Fugâ „ elapsus se recepit Genevam - - in Poloniam „ de-

(1) Dict. Hist. Crit. p. 564.

(2) in Magno Dict. Tom. 2. p. 231.



„ dein in Transsilvaniam anno 1563, quo vo-
„ catus fuit per Principem Joannem Sigismun-
„ dum „ *Jacob. Iselin.* (1) „ anno 1563 per
„ Principem Joannem Sigismundum pro Medi-
„ co in Transsilvaniam vocatus est „ *Cl. Bud-*
„ *deus:* (2) „ anno 1563 profectus est BLAN-
„ DRATA in Transsilvaniam, quo is per Prin-
„ cipem Joannem Sigismundum pro Medico
„ vocatus est „ *Christian Föcher:* (3) „ Pro-
„ fectus est 1558 in Poloniam, ac ulterius in
„ Transsilvaniam, ubi ille 1563 apud Princi-
„ pem Medicum agens, suos errores uberius
„ diffeminavit „ *Jo. Laurentius Moshemius:*
„ (4) „ Ex Polonia ad vicinos Transsilvanos A.
„ MDLXIII Socinianorum dogmata GEORGII
„ BLANDRATÆ potissimum opera, quem Jo-
„ annes Sigismundus Transsilvaniæ tunc Prin-
„ ceps ob eximiam in arte medendi peritiam
„ accersiverat, & valetudini suæ præfecerat,
„ delata sunt „ *Paulus Jablonszki:* (5) „ Ex
„ Polonia Unitariorum dogmata transferunt in
„ Transsilvaniam, postquam Johannes Sigis-
„ mundus, cui Transsilvania parebat, GEOR-
„ GIUM BLANDRATAM Unitariorum in Po-
lo-

(1) In Lexico Hist. & Geogr. p. 512.

(2) Tom. I. p. 550. Edit. 1709.

(3) Tom. I. p. 1124.

(4) Hist. Christ. Sect. 3. P. 3. C. 4. p. 819.

(5) Hist. Christ. Sect. 16. p. 175. & Sect. 5. 5. 14. p. 105.



„ Ionia pessimum Ao 1563 ad se evocavit, ut
 „ sibi Archiater, & a Secretioribus Consiliis es-
 „ set „ Demum, ut multos alios prætermittam,
 claudat testimonia de Secundo Adventu BLAN-
 DRATÆ producta Cl. *Christ. Hendreich*: (1)
 „ in Transsilvaniam Calvino scriptis suis eum
 „ persequente A. C. 1563 fugit. „

§. LIV.

Differtationis Batthyánianæ *Nrus XIus*
 refertur.

Etam valido Testium Sphis præcedentibus
 citatorum agmine, qui BLANDRATÆ Adventum
 in Aulam Joannis II. figunt ad annum 1563,
 unicissimum sumit sibi oppugnandum Excellēus
 D. C. Eppus Batthyáni Petrum nempe Bayle,
 de quo No XI. jam alias laudatæ Differtationis
 hæc habet: (2) „ quia Beszpremius eam, quam
 „ dedit Baylius BLANDRATÆ Biographiam,
 „ asserit accuratam, expendendam duximus il-
 „ lam, quam invenimus plurimis scatere men-
 „ dis, & hoc Baylio evenisse comperimus,
 „ quod sui similibus hypercriticis evenire solet,
 „ ut nimirum in eosdem, quos in aliis repre-
 „ hen-

(1) Pand. Brand. Art. *Blandrata*.


(2) Differtationis MStæ p. 543.



hendunt, incidant five errores, five reprehensiones. Affirmat Bayle BLANDRATAM a Joanne Sigismundo allectum fuisse in Transsilvaniam anno 1563, *quod omnino a vero alienum esse, patet ex superioribus*, Hactenus Excellēsus D. C. Præsul.

§. LV.

Idem Nrus refutatur.



Puto ego, & forte non erro, hanc exceptionem contra Celeberrimum Virum *Petrum Bayle* ideo factam esse, ut cæso Duce, milites diffugiant, obturato, exsiccato fonte, rivuli cessent, victo Cl. Petro Bayle, totius agminis Sciptorum Auctoritas elevetur.

Ast, quia Excellēsus D. C. Prælatus ad revincendum Petrum Bayle præcise hoc argumento dignatur uti: *quod omnino a vero alienum esse patet ex superioribus*: five Baylium, five Veszprémium, five me ipsum ne verbo quidem debeo defendere; quemadmodum enim *superius* absque Tabulis & Testibus dictum est, BLANDRATAM cum Isabella anno 1556 redacta, in Transsilvaniam rediisse, ita hic Excellēsi D. C. Eppli sententia hæc: *a vero alienum esse patet*, Auctoritatem Baylianam tanto minus potest



test elidere, quanto pluribus documentis, ut legenti Articulum: *Blandrata*, patebit, illa fulcitur.

Deinde: non dicit Bayle BLANDRATAM *allectum*, sed *vocatum* venisse in Transsilvaniam. Unde dico & ipse cum Cl. Veszprémio: (1) Biographiam BLANDRATÆ, quam dedit Baylius, accuratam esse ob documentorum ab eo citatorum evidentiam, si hæc duo adjiciantur; alterum: quod BLANDRATA Petrovitſii ante Isabellam mortui Medicus esse non potuerit anno 1563. &, quod Joannes Sigismundus fatiſ ceſſerit anno non 1570, sed 1571. (2)

§. LVI.

Hornii opinio refutatur.



Georgius Hornius contra evidentissima superioribus producta testimonia ait: (3) „ cumque „ anno MDLXV omnes ex Polonia proſcriberentur (*Sociniani*) Alciatus tranſiit ad Turcas, ac Mahomedifimum amplexus, inter eos „ vitam finiit, BLANDRATA autem fugit in „ Transſilvaniam, ubi Medicus Aulicus factus „
Hunc

(1) Biograph. Medicor. p. 21.

(2) Bethl. Tom. 2 p. 211. Pray H. R. H. P. 3. p. 182. Palm. edit. 3. P. 3. §. VI. p. 83. Forgáts Lib. XXI. p. 624.


(3) Hiſt. Eccl. Period. 3. §. 44. p. 351.



Hunc Hornii errorem Cl. Bayle sequentibus perstringit: (1) „ Homines fide digniores, quam Hornius sit in hac materia, testantur BLANDRATAM per Joannem Sigismundum Principem Transsilvaniæ evocatum esse anno 1563, (2) non ergo fuit sententia exilii, quæ eum obligasset annô 1565 ad profugiendum ex Polonia in Transsilvaniam „ addo ego ex authentico Joannis II. Diplomate desumptam hancce rationem, BLANDRATA anno 1564 in Synodo Enyediensi in *Transsilvania* fuit Deputatus Regius, ait enim Joannes II. (3) „ Delegavimus ad præsentem Synodum cum pleno mandato, & autoritate nostra hunc præsentem Nostrium Excellentem GEORGIUM BLANDRATAM Doctorem Nostrium Physicum „ &c. : ergo ante annum 1565 BLANDRATA jam fuit in Transsilvania.

§. LVII.

Conclusio Partis Secundæ.



Ne pluribus B. L. fatigare pergam in enarrandis itineribus GEORGII BLANDRATÆ: venit
is

-
- (1) in Dict. sub D. in Reflex. p. 564.
 (2) Bibl. Antitr. p. 28. & 170.
 (3) Dipl. Joan. II. apud Haner p. 274.



is ad Isabellam anno 1544, (1) & quidem ex Polonia. (2) Discessit cum Isabella e Traussilvania anno 1551. (3) ac rediit in Poloniam anno 1552. (4) Discessit in Italiam anno 1553. (5) Inde Viennam Austriæ. (6) Rediit rursus in Italiam Ticinum. (7) Ubi doctrina ejus in fuspicionem cæpit vocari, & quidem tanto S. Inquisitionis Zelo, ut periculum incarcerationis BLANDRATA subierit, quod malum declinare volens, Paviâ fugit Genevam, (8) quò autem determinatè annò fuga hæc contigerit? tanto minus pertinet ad duplicem BLANDRATÆ in Transsilvaniam ingressum demonstrandum, quanto certius est Eum Genevam non aliunde, quam Ticino trasiisse. (9) Genevæ Religioni Protestantium semet addicens, (10) ita scivit se simulare, ut suo agendi modo, ac discendi ardore Cætum Italicum Reformatorum ædificaverit. (11)

La-

-
- (1) Diff. huj. P. 1^a §§. XIII. XIV.
 (2) Faffio *Blandrata* ad Prælim.
 (3) Diff. huj. P. 2^a §. II. & seqq.
 (4) - - - - - §. X.
 (5) - - - - - §. XIV.
 (6) - - - - - §. XV.
 (7) - - - - - §. XVI.
 (8) - - - - - §§. XVII. XVIII.
 (9) - - - - - §. XVIII.
 (10) - - - - - §. XX.
 (11) - - - - - §. eodem.



Lapsu tamen temporis, sæpius cum Joanne Calvino in arenam descendit, ob idque doctrina BLANDRATÆ in suspicionem venit adeo, ut occasione quadam „ coactus fuerit „ Calvinus ei ad faciem dicere: *vultus tuus detestabile mihi monstrum ostendit, quod in corde occultum foves*, ac sæpius eum asperere „ objurgavit, ut si fieri posset, corrigeret perfidiam, & fallacias, dolosque tortuosos, quorum fastidio erat quodammodo defessus „ (1)

Exemplo Gentilis, & Alciati, qui Ha Septembris 1558 habuerunt Processum, (2) permotus BLANDRATA, in profugio sequutus est eos, (3) venitque Genève in Poloniam, (4) ubi variis casibus exagitatus, sed cumprimis ope litterarum Joannis Calvinii manifestatus, (5) tanto alacrius sequutus est vocationem Joannis Sigismundi, quanto majora in dies videbat sibi imminere pericula in Cætu Protestantium, a quibus nondum fuerant occulti Sociniani segregati. (6) Venit itaque Secundo in Transsilvaniam ad Aulam Joannis Secun-

I

di

(1) Calvin. Epist, 322.

(2) Beza in vita Calvinii.

(3) Idem Eist. 81 & Hoornbech.

(4) Diss. huj. P. 2æ §. XXI.

(5) - - - - - §. XLI.

(6) - - - - - §. XLI. circa finem.




di Annô 1563, (1) in qua quomodo se gesserit, quam Religionem, & quô annô fundaverit? Parte Tertia hujus Dissertationis persequar.



PARS TERTIA.

§. I.

Origo Religionis Unitariæ investiganda.



Cum GEORGIUS BLANDRATA primus in Transsilvania Unitariæ Religionis Sator dicatur, ut examinetur, ac ex ovo evolvatur Religionis hujus Ortus, & Progressus, est necesse. Judice siquidem Cl- Moshemio, (2) justissime dubitari potest, an vel unum germanum Discipulum *Servetus* reliquerit? Tantam proinde scaturiginem hæcce Religio non habuit, neque tam celerem propagationem vidit, quantam, & qualem multi Theologorum Eidem extra Transsilvaniam appingunt. Ecclesiam certe illam, quam *Michael Servetus* fundare intenderat, una
cum

(1) Diss. huj. P. 2^a §. XLI. & seqq.

(2) Hist. Christ. Sect. 3. P. 2. §. 6. p. 811.



cum eodem evanuisse, docet tum defectus Discipulorum, tum dogmata diversa eorum, qui pro *Serveti* Profelytis obtruduntur, satis evincunt.

§. II.

Lælius Socinus nullam fundavit Ecclesiam.

Quod in Italia Ecclesiam aliquam Sociniano-
rum dogmatum defensores aliquando habuerint,
id nec ipsi quidem Historici Unitariæ Religionis
prætendunt. Imo Societatem illam 40. Viro-
rum a *Sandio* per & cæteri: comprehensam,
qui in agro Veneto disputationis causâ conve-
nientes, dogmata vulgaria de Trinitate, ac
Christi satisfactione, hisque similia in dubium
vocabant: (1) non tantum *dubiam*, sed & *in-
credibilem*, (2) antequam aliquid in formam
redigi potuisset, dissipatam fuisse, confitetur
ipsemet *Sandius*, dum ait: (3) „ quibusdam
„ capitis supplicio affectis, cæteri dispersi -
„ in oras diversas se contulerunt „

Erat inter hos *Lælius Socinus* Italus, Se-
nensis Patritius Mariani Socini Junioris Filius,
natus annô 1525, & quidem, ut præten-
dit *Sandius*, Collegii exulantis caput. Hic Patriam

(1) Bibl. Antitr. p. 18.

(2) Moshem. sub f. p. 812.


(3) Bibl. cit. p. 19.



annô 1547 relinquere coactus, alterum super vigesimum agens annum, proximo quadriennio Galliam, Britanniam, Belgium, Germaniam universam, ipsam quoque Poloniam emensus, apud Helvetios Tiguri sedem fixit; (1) Unde bis in Poloniam excurrit, testibus Commentariis Polonicarum Ecclesiarum. Semel quidem annô 1551. Et tunc, inter alios, corrumpit *Franciscum Lismaninum* Bonæ Sfortiæ Reginæ Poloniæ Confessorem, Ord. Min. Convent. Provinciale. Altera vice circa an. 1558: mox discedens ex Polonia in urbem Venetam de Patrimonio acturus.

Redux ex Italia Tigurum, præmatura morte obiit XVI. Maji annô 1562, (2) quin ullam Ecclesiam sui dogmatis hæredem reliquisset in Helvetia, constanter aliunde Cætui Reformatorum externè addictus. (3) „Tribuuntur ei „Scripta quædam, inquit Cl. Moshemius, sed „incertum valde est, an vel unum eorum vere ab ipso confectum sit „

§. III.



(1) Przypcov. in vita Faust. Socini.


(2) Bibl. Antitr. p. 20.

(3) Moshem. Hist. Christ. Sect. 3. P. 2. C. 4. p. 808.



§. III.

Nec Faustus Socinus fundavit Ecclesiam.



Faustus Socinus, cujus Parens erat *Alexander*, Lælii Socini Frater, certior factus de morte sui Patruī, Tigurum advolavit, ac *chartarum* (1) hæres, errores, quos jam antea a Lælio hauserat, *indefesso studio*, ut habet Przypcovichus, quomodo excoluerit? non apparet; utpote: qui, teste eodem, revertit in Italiam, & totos duodecim annos in Aula Florentina consumpsit, atque adeo, hæctenus nullam *Socinianorum* Ecclesiam fundavit.

Neque alteruter *Socinorum* hucdum GEORGIUM BLANDRATAM alibi nosse potuit, quam *Lælius* Tiguri anno 1558 ad ductum quarundam litterarum: (2) aut in Polonia, cum præfato anno Lælius Socinus Sigismundum Poloniæ Regem adierit, (3) BLANDRATA vero Genevâ in Poloniam fugerit, (4) quin hæctenus cum Fausto Socino fuisset constitutus. Aut si fuit, ubi locorum?

I 3

§. IV.

(1) ut habet Moshem. H. Christ. p. 808.

(2) Petri Martyr. de XI. Jul. 1558.

(3) Hoornb. & in vita Fausti Socin.

(4) Diff. huj. P. 24 §. XXI.



§. IV.

Idipsum uberius confirmatur

Anno Dñi 1574, ætatis autem 35. relicta Italia, Faustus Socinus Basileam Germaniæ Urbem venit, (1) ubi solidum triennium, & quod excurrit, Theologiæ studio incubuit, hucdum enim se Philosophiam non didicisse, nec scholasticam Theologiam unquam attigisse, & ipsius Logicæ artis nihil nisi rudimenta quædam, valde fero, & fatetur, & queritur. (2)

Unde ergo tanta vis, & efficacia duobus his Viris tribuitur in disseminandis suis erroribus non a Homodoxis tantum Scriptoribus, sed ab Extraneis etiam? idque tanto magis mirari licet, quanto certius est hodiedum accuratam non solum Religionis *Socinianæ*, sed & Lælii, ac Fausti Socinorum historiam desiderari. (3) Et alioquin fide documentorum indubitatorum constet, nec Lælium, nec Faustum Socinos Ecclesiam ullam sive in Italia, et Germania sive in Polonia, aut Transsilvania formavisse; verum tam hic, quam ibi jam Divinitati Jesu Christi oppositis dogmatibus deditas Societates deprehendisse, ut ex dicendis patebit uberius. §. V.

(1) Przypcov. in vita Faust. Socin.

(2) Idem ibidem p. 12.

(3) Moshem. Hist. Chr. p. 808. S.



§. V.

Solicitude Excellēti D. C. Episcopi
Ignatii Batthyáni.

Magnus ille Antiquitatum Ecclesiasticarum Possessor Excellēsus D. C. Eppus Ignatius Batthyáni tota sua, ut ut eximiæ raritatis, Supellectile libraria, ac MStorum Collectione haud contentus, anxia solitudine celebriores quosque Universitatum Professores consulendo, postulaverat anno 1780 inter reliquos a Cl. Petro Maria Gazzaniga in Vindobonensi Universitate Professore Theologiæ publico, ut hæc tria ad Disciplinam, quam publice tradit, aliunde pertinentia, uberius elucidaret: *Primo* quidem Historiam Socinianorum. *Secundo* doctrinam: *Tertio* confutationem eorum. Ad quæ prælaudatus Cl. Theologus *in rem meam* sequentia notavit: (1) „De Historia Socinianorum communis est „Eruditorum querela, nullamque adhuc prodiisse Socinianismi Historiam, quæ suis numeris sit absoluta. Promisit eam Frid. Sam. Bock, „cujus operis Pars Ia prodiit Regiomonti, & „Lipsiæ 1774 in 80, reliquæ partes forte hodie „dum desiderantur „ut adeo: verissimum sit
I 4 illud


(1) Epist. ddo 5. 7bris 1780. Vien.



illud Moshemii: (1), „ Omnes illi (*qui hæc-
nus de Socinis, & Religione Sociniana scripse-*
„ runt) „ fitim eorum qui accuratius cognosce-
„ re cuncta cupiunt, non restringunt. „

§. VI.

Scriptores Romano - Catholici occupant
tempus Ortûs in Transsilvania
Religionis Unitariæ.



Si id verum esset, quod Scriptores cumprimis Romano - Catholici, tam Domestici, quam Extranei de Ortû, & Progressu in Transsilvania Religionis Unitariæ, prodiderunt, jam anno 1563 redux GEORGIUS BLANDRATA, Ecclesias invenisset formatas in Transsilvania Mysterium Trinitatis, & Divinitatem Jesu Christi, ac satisfactionem Redemptoris negantes. Superius siquidem vidimus, jam sub Isabella *Arianismo, Socinianismo* fuisse Religionem infectam, uno quasi ore Historicos, & Scriptores e Soc. Jesu absque ullo documento affirmare.

Quod ne speciosius, quam verius a me dictum cuipiam videatur, lubet, ultra illos, qui jam superius sunt refutati, quosdam statuere:

30-



Josephus Juvencius Soc. Jesu olim Historicus
ait: (1), „ Hæreseos inducendæ hortator, atque
„ Auctor anno MDXL extitit Petrovitius, Jo-
„ anni Sigismundo tutor datus, ut minorem
„ pueri ætatem, ac Reginae Isabellæ consilia re-
„ geret: homo clam Lutheranus primùm, de-
„ inde palam *Arianus* „ (2) *Antonius Soche-*
„ *rus* (3) „ Firmamentum Novitiarum Religio-
„ num Petrovitijs erat jam e Catholico clam
„ Lutheranus, mox luce palam Arianæ, GE-
„ ORGIO BLANDRATA hominem depravan-
„ te, se impietati addicens „ item: (4) „ GE-
„ ORGIUS BLANDRATA dudum suis cineri-
„ bus involutam (*Arianorum Sectam*) Pro-
„ vincia intulerat - - ad Reginae Isabellæ fami-
„ liaritatem adrepit; brevi tempore Aulam fe-
„ re omnem cum Joanne ipso Sigismundo in
„ suas partes abripuit „ *Rudolphus Bzenszki*
(5) „ Restitutâ in Regnum Transsilvaniae Isa-
„ bellâ cum Filio - - paulo post duo Viri Hære-
„ sum promotores profilierunt, GEORGIUS
„ BLANDRATA, & Petrovitijs „ *Joannes*
Szegedi: (6) „ supposita scilicet omnimoda
li-

(1) Tom. 2. Lib. 2. P. 5. §. 8. N. 127. p. 108.

(2) Petrovitijs mortuus est ante adventum 2dum *Blandratae*.

(3) Lib. VI. N. 86. p. 225.

(4) ibid. N. 89. p. 226.

(5) Hist. MS. Lib. 4. C. 3 N. 3.

(6) Synop. vit. R. H. de Bela IV. p. 204.



„ libertate, Religionem Principum regnantium
 „ sequendi: quæ tunc (*sub Isabella*) erat Ari-
 „ ana, seu ut moderni dicunt, *Unitariâ*: quam
 „ cum Petro Vicio, Primo Aulæ Ministro,
 „ plerique Magnates, & copiosi Nobiles, ple-
 „ bisque innumera multitudo amplexa est „ ac
 „ ut multos alios prætermittam, in Libello, cui
 „ Titulus: *Ortus, & Progressus variarum in Da-*
 „ *cia Gentium. & Religionum*, quidam Soc. Jesu
 „ Scriptor, quem Cl. Michael Kozma in sua Hi-
 „ storia identidem *Illiam* compellat, narratio-
 „ nem P. Josephi Juvencii hîsce iterat: (1)
 „ Servetus inter varios fuscitatæ hæreseos a-
 „ lumnos fideliorum cæteris nactus est GEOR-
 „ GIUM BLANDRATAM Pedemontanum - -
 „ qui artis medicæ beneficio, ac Petrovichii
 „ ope in Aulam Joannis Sigismundi etiamnum
 „ adolescentis penetravit A. 1551 „ Horum o-
 „ mnium relationes quantum adversentur dome-
 „ sticis documentis, Articulis quippe Diætalibus
 „ hujus Principatus, Actisque Synodalibus Au-
 „ gustanæ, & Helveticæ Confessioni addictorum,
 „ sequentia evolvant.


§. VII.





§. VII.

Ortus Religionis in Transsilvania ab una Romano-Catholica hucdum vigente alienæ.



„ **A** tempore S. Sephani primi Hungarorum Regis, quo Hungari, ac Transsilvani Christianis Sacris initiati fuerunt, una in Transsilvania Religio, eaque Romano-Catholica inter Hungaros, Siculos, & Saxones obtinuit usque ad annum 1521, inquit Cl. Benkő: (1) quô doctrina Lutherana in Transsilvaniam penetravit, (2) ope Mercatorum Cimbiniensium Libellos Lutheri de *Libertate Christiana*, *Confessione*, *Pœnitentia*, *Iustitia duplici*, *Baptismo*, *Passione Christi*, *Votis Monasticis*, *Communione sub utraque Specie*, *Captivitate Babylonica*, *Expositione Epistolæ ad Galatas* inferentium. (3)

Dogmata Lutheri sequebantur Saxones, ac ex Hungaris, Siculisque multi usque ad annum 1557. quô turbare cæpit Ecclesias Luthe-

ra-

(1) Transsilv. Tom. 2. p. 122.

(2) Ibidem.


(3) Haner Hist. Eccl. L. 4 p. 147. *Ortus, & Progr. &c.* p. 26. Decr. Lúdv. II. Querel. Capitular ad AEppum: Mandat. AEppi apud Haner, Katon. Schmitt.



ranas in Transsilvania *Martinus Kálmán-Csehi*,
alias Sánta quarto secum. (1)

§. VIII.

Illa Religio, quæ in Transsilvania a Romano-Catholica diversa fuit primò, ducit
nos ad Ortum Unitariæ Religionis
in Principatu.



Antequam Lutheri placita penetraffent in Transsilvaniam, unica Romano-Catholica Religio vigebat in Illa inter Hungaros, Siculos, & Saxones: ergo Lutherana est prima, quæ semet in hoc Principatu ab Ecclesia Romano-Catholica segregavit. Tanta autem fuit providentia Ecclesiarum Lutheranarum, ut quamprimum dogma aliquod Lutheri doctrinæ oppositum semet in Transsilvania exeruit, illico, Synodo coacta, proscripserint illud; qui modus agendi certos nos reddit de diversitate inter Hungaros, Siculos, & Saxones Religionum. Vel, ut ad scopum meum clarius loquar: Hic modus agendi manuducit unumquemque ad cognoscenda incunabula, incrementaque singularum a Romano-Catholica alienarum in Transsilvania Religionum.

§. IX.

(1) Parisp. In Miscell. Tigur. p. 143. Benkô Trans. Tom. 2. p. 127. Lampe. p. 110. Haner H. E. p. 226 Kozma. p. 96.



§. IX.

Dubia illa, quam nonnulli obtendunt, Confessionis Lutheranae coalitio, nihil nocet assertioni præmissæ.

Scio equidem intuitu Anni, quô Ecclesiæ Lutheranæ in Transsilvania regimen acceperunt, dividi Historicos, atque illi Militis asserto, (1) quod Sacerdotium, & Monachi anno 1529 Cibinio jam fuerint abacti, opponi documentum, quod Cl. Jos. Car. Eder excitat (2) in hæc verba: „ Christi nomine invocato, & Mariæ Virginis, omniumque Civium Supernorum - - „ hanc decernimus Sententiam „ (3) hacque formula prorsus Catholicorum usum fuisse Capitulum Cibiniense usque annum 1540. „ nempe „ ad hunc usque annum, ait Cl. Scriptor, fu- „ perfuit Rex Joannes Zapolya, quo quidem „ dominante Sacrorum commutatio haud quam „ satis feliciter processura videri poterat, ut qui jam sui regiminis initio (1527) „ datis acribus ad Cibinienses litteris Lutheri „ adseclas pœnis coerceri jussit.

Alii

(1) Chron. Trans. post pag. 15. fol. 2. atque post ill. Haner.

(2) Obs. ad Hist. Trans. p. 278. & 279.

(3) Prot. ibid. citati p. 254.



Alii contra cum Cl. Schmitthio (1) citantes Decretum Ludovici II. dicunt: „ Cibinii „ in Transsilvania eo audaciæ (jam anno 1523. „ imo juxta Cl. Katona (2) anno 1522:) pro- „ rupisse Saxones, ut spreta autoritate Vica- „ rii Metropolitæ Strigoniensis novum Evange- „ lium palam professi fuerint „ Confirmant id ipsum querelis Capitularium Cibiniensium, ac gravissimis litteris Archi-Eppi Strigoniensis ad Decanum Cibiniensem, ac Animarum Curatores expeditis. (3) Imo in acribus Joannis Zápolyæ ad Cibinienses dimissis, quas citat Cl. Eder, præsidium deprehendunt in verbis: „ ad „ auditum Mattis Nostræ - - venit, inveniri sce- „ leratos quosdam - - in Civitate ista Nostra Ci- „ binienſi, qui hæresim Lutheranam - - non so- „ lum legere, asserere, & probare, verum e- „ tiam publice laudare, *profiteri*, publicare- „ que - - non erubescerent „ quæ Regiæ exprobrationes clarissimè perhibent, doctrinam Lutheri jam non tantum notam Cibinii, sed & adoptatam fuisse a multis, quidquid sonet Protocol- lum Capitulare. Quamquam: hujus testimonio id unice evinci putem, quod sacerdotum Avitam sententias depromendi methodum sen-

(1) Eppi Agrien. p. 224.

(2) Hist. Crit. Tom XIX. p 378.

(3) Schmitth, & Katona loc. cit.



ſenſim mutaverit, & quod illi, qui Romano-Catholicam Religionem abjecerunt, nondum fuerint *Caroloſtadiani*, ſed puri *Lutherani*.

Cæterum: ab anno 1521, uſque 1540^{omum} quocunque demum temporis articulo ſuam acceperint regiminis formam Eccleſiæ Lutheranæ in Tranſſylvania, perinde eſt aſſerto meo, quod præciſè urget Religionem Lutheranam eſſe illam, quæ primò in Tranſſylvania a Romano-Catholica Eccleſia ſemet ſeparavit, ut ut de ſeparationis hujus initio non conveniat inter Scriptores.

§. X.

Quid in duabus primis Synodis egerint Lutherani?

De quo uſque ad annum 1540 libere in utramque partem (ut ſtatim vidimus) dimicabant Scriptores, id Decreto ſuo, cujus Articulum Cl. Eder luci dedit (1) e Protocollo originario, Univerſitas Saxonica omni quæſtioni ſubduxit. (anno ſcilicet 1544 Eccleſias Saxonicas in Tranſſylvania jam Lutheri dogma amplexas fuiſſe) dum ſtatuit: „ Civitates, quæ „ jam fere omnes verbum DEI receperunt, eiſdem, & ſimilibus Cæremoniis in Eccleſiis ea-
„ run-

(1) In Obs. ad Hiſt. Trans. p. 279.



„rundem utantur, eos autem, qui nondum
 „Verbum DEi receperunt, fraterne adhorten-
 „tur, ut pro gratia DEi una cum aliis unani-
 „miter supplicent, quo & ipsi simili modo Ver-
 „bum DEi acceptare, & credere valeant.

Quid mirum igitur? statim anno subsequen-
 te 1545 die XXII. Martii Synodum primam
 celebrasse Ministros Saxonicos Mediæ. (1) in
 qua de Confessione Aſtguſtana ſibi accomodan-
 da, de dependentia ab uno Superintendete Ge-
 nerali, ac de differentia inter Plebanos Diæce-
 ſis Alben. Transſilvaniæ, & Milkoviensis, pri-
 dem excitata, tandem aliquando ſopienda, tra-
 ctatum.

Cum itaque nullius novi dogmatis condem-
 natio occurrat in Actis hujus Synodi primæ,
 ſponte ſequitur, nullam ſemet hætenus exer-
 cuiſſe in Transſilvania doctrinam placitis Lu-
 theri adverſam. Ut adeo verum ſit illud Cl. *Mi-
 chaëlis Kozma* (2), „Sic jam duæ ſunt in
 „Transſilvania Religiones: Romano-Catholica,
 „& Lutherano-Auguſtana. „

Vitioſo interim exemplari Haneriano uſus
 eſt Cl. *Senior* prælaudatus, dum hæc ſcripſit:
 (3) „Notandum adhuc Anno 1548 in Syno-
 „do Mediis celebrata decreverant, ut omnes
 „Ec-

(1) Herman Prot. MS. p. 60.

(2) H. E. MS. L. I. C. I. Sect. 2. p. 88. W.

(3) ibid. Sect. 3. p. 98.



„ Ecclesiæ Lutheranae tam Saxonicae, quam Hun-
„ garicae Nationis conjunctim ab uno Superin-
„ tendente Generali dependerent, hæc etenim
ordinatio emanavit anno 1545. non 48. & de
aliqua Synodo anno 1548 celebrata *Haner*, ac
Hermannus nuppiam meminerunt: cujus tamen
mentio debebat recurrere in Protocollo MSto
Hermanniano.

§. XI.

Alteram Synodum habuerunt Lutherani An-
no 1553 (& non 1552) Cibinii: in qua con-
clusum primæ Synodi effectui volentes manci-
pare Ecclesiæ Lutheranae, Superintendentem e-
legerunt primum *Paulum Viener*, cui ordina-
tionis munus est demandatum, ac propositæ sunt
obligationes, quas Candidati debebant adimple-
re, ordine sequenti:


- „ 1. Ut Candidati Catechismum probe nôrint
- „ 2. Ut dicta, responsa testimoniis S. Scri-
pturæ probent.
- „ 3. Ut quod idiomate Latino recitaverint,
„ id vernacula lingua efferant.
- „ 4. Ut Articulos controversos contra Pon-
„ tificios, Sacramentarios, Anabaptistas, *Anti-*
„ *trinitarios*, & similes ostendant, ac testi-
„ moniis Scripturæ confirment.



- „ 5. Libros, numerum, & ordinem V. & N.
 „ Testamenti sciant.
 „ 6. Denique ut Testimonia habeant. Et
 „ quod Confessionem Augustanam, ejus Apo-
 „ logiam, utrumque Catechismum Lutheri, ac
 „ Articulos Schmalcaldicos profiteri sanctè pro-
 „ mittant „ (1)

§. XII.

Acta præcitatæ Synodi non obsunt
 Dissertationi huic.



Ex præmissis Candidatorum obligationibus cum
 P. Samuele Timon exprimere velle, Arianos
 jam anno 1552 fuisse in Transsilvania tam vio-
 lentum est, quam sit violentum celebrationem
 præcitatæ Synodi ad annum 1552 reducere, imo
 manifeste erroneum, ut statim ostendam. Dixi
 jam superius, (2) Constitutione quarta non Re-
 ligiones in Transsilvania existentes enumerari,
 sed scientiam in Candidatis exigere ad refutandas
 illas Religiones ubicunque deprehendantur. Au-
 diamus in rem meam Cl. Joannem Bodola in
 celebri Collegio N. Enyediensi Theol. & Hist.
 Eccles. Professore (3) differentem: „ Ser-
 „ mo-

(1) Haner H. E. Lib. 4. p. 217.

(2) Diss. huj. P. 1. §. XXVI. & seqq.

(3) Litteris ddo 20. April. 1806.



„ monem ibi esse, (Const. 4a) ut ego quidem
„ existimo, & in genere de Antitrinitariis in
„ quacunque Regione existentibus, & in specie
„ de privatis, si forte in Patria nostra reperi-
„ rentur tales (anno 1553) qui quamvis in
„ Cætibus aliarum communionum viventes, ta-
„ cite tamen a sententiis Antitrinitariorum ali-
„ eni non essent, eodem ferme modo, ac si ho-
„ die Conventus aliquis Ecclesiasticus Constitu-
„ tiones pro novis suis Ministris scribens, jube-
„ ret, exercitatos eos præcipue esse debere in
„ Divinitate S. Scripturæ probanda, atque in
„ Naturalismo, vel Deismo refellendo, qui
„ quamvis nullibi terrarum, tanquam peculiaris
„ Religio existat; principiis tamen irreligiosi-
„ tatis ad illum pertinentibus, in multis Euro-
„ pæ Regionibus infectos esse multorum ani-
„ mos, verissimum est: consequenter virus hoc
„ in nostra quoque Patria privatorum aliquo-
„ rum in Cætibus diversarum Communionum
„ viventium animos clam invadere potuisse,
„ a vero non abhorret, etsi de nemine nomi-
„ natim hoc adhuc affirmari possit, vel debeat,
„ quemadmodum Historici Nostri fecerunt ve-
„ teres, dum ex præsumptione longe debilio-
„ ri, Consiliarios Isabellæ *Arianos* fuisse convi-
„ tiati sunt.

„ Sic Conventui illi Cibiniensi Ecclesiarum



„ Saxonicarum, qui optime noverat dogma
 „ SSmæ Trinitatis in quibusdam Europæ Regio-
 „ nibus aperte in dubium vocatum esse; ad ca-
 „ sum illum, si forte idem infelix lolium in No-
 „ stra quoque Patria privatorum aliquorum no-
 „ vitatis avidissimorum animis se se insinuasset,
 „ valde salutaris hæc cautela ad morbum perni-
 „ tiosum tollendum, vel saltem ne serpere pos-
 „ sit, impediendum, videbatur, ut S. Ministerii
 „ Candidati parati redderentur ad errores An-
 „ titrinitariorum refellendos.

§. XIII.

Confirmatur expositio uberius.

„ **S**imilem sane cautelam videmus jam diu
 „ antea in Synodo Augustanæ Confessioni addi-
 „ ctorum Erdödienfi anno 1545 habita, adhibitam
 „ fuisse. Inter Articulos enim ibi conditos, pri-
 „ mus sic se habet: *Confitemur Unum Deum in*
 „ *Trinitate, & Trinum in Unitate juxta Sen-*
 „ *tentiam Orthodoxorum Patrum, At damna-*
 „ *mus omnes aliter sentientes, & præsertim*
 „ *eos, qui dicunt, nos ex uno Deo fingere tres*
 „ *Deos, ac tales quidem cupimus prohiberi,*
 „ *ut gloria Sanctissimæ Trinitatis defendatur,*
 „ *& maneat. Ex Constitutione itaque illa Con-*



„ ventus Cibirienſis ſi concludere licet, Religio-
 „ nem Antitrinitariorum jam tunc, i. e. anno
 „ 1553 in Tranſſylvania extitiſſe, licebit eo-
 „ dem jure, & eadem vi concludere ex Articulo
 „ Erdödienſi recitato, eandem Religionem anno
 „ adhuc 1545 in Hungaria extitiſſe. Cum vero
 „ poſtერიorem hanc Concluſionem ineptam ma-
 „ xime fore, nemo non videat, ſequi omnino
 „ exiſtimo, eadem imbecillitate & primam il-
 „ lam laborare debere. „

§. XIV.

Confirmatur expositio 2do.

§pho XII. poſitam Reflexionem meam hiſce
 firmat Cl. Profeſſor: „ Conſtitutionem itaque
 „ illam Conventus Cibirienſis cenſeo principa-
 „ lem in Diſſertatione ipſa Propositionem non
 „ tangere, nedum evertere poſſe. Quid enim?
 „ admittamus, ſi placet, annô adhuc 1551,
 „ quô Socinus in Polonia Liſmanino, & aliis
 „ ſuas Sententias perſvadebat, vel paulo poſtea,
 „ in Noſtra quoque Patria, propter vicinita-
 „ tem, & alium nexum Regnorum, metum
 „ inter Miniſtros diverſarum Communionum eſſe
 „ cæpiſſe, ne ejusdem dogmatis ſemina clam
 „ propagarentur, atque cautelam etiam huic



„ malo impediendo, vel prævertendo vi Con-
 „ stitutionum adhiberi cæptam: An hinc illico
 „ sequetur Religionis Antitrinitariæ jam tunc
 „ temporis in Transsilvania existentia? Princi-
 „ pia sane, quæ adhuc tantum metuuntur, vel
 „ ad summum, clam forte ab uno, vel altero
 „ foveantur, neque ulli sunt Ministri, per quos
 „ palam disseminari possint, Religionis Nomi-
 „ ne in aliqua Regione venire nec possunt, nec
 „ debent. Secus innumeræ ubique existere Reli-
 „ giones dici deberent. Tunc ergo demum Reli-
 „ gio aliqua initia existentia in aliqua Regione
 „ habet, cum certi designari possunt homines,
 „ per quos illa palam proponatur, defendatur,
 „ commendetur &c. quod respectu Religionis
 „ Unitariæ in Nostra Patria anno demum 1566
 „ per BLANDRATAM, & Franciscum David
 „ fieri cæpisse, monumenta historica omni ex-
 „ ceptione majora clamant. „

§. XV.

Exemplum præmissæ expositionis Patrium
 citatur.



Anno 1436 die 8^a Maji Georgius Lepes Epi-
 scopus Ecclesiæ Transsilvanæ scribebat ad suum
 Cle.



Clerum, & populum Diæcesanum (1) Quoni-
am his temporibus pro quibusdam negotio-
rum expeditionibus apud Imperialis Majestatis
gratiam occupabamur, & constituebamur, &
hoc medio intervallo tempore, sicut ex fide
dignorum accepimus relatu, quidam perniciosi
hæretica *Hussitarum* pravitate infecti de Mol-
davia, & aliis partibus, tanquam oves mor-
bidæ, non solum prænotatos Districtus, sed
etiam istas partes Transsilvaniæ, pro dolor
subingressi, quam plures gregis Nostri utrius-
que sexus homines inficiendo corruerunt,
& eorum doctrinam pestiferam, tanquam ve-
nenum mortiferum, latius diffuderunt, &c.
jam vero Secta hæc Hussitarum in Transsilvania
specialem Cætum, Ecclesiam, Communionem
non efformavit, sed homines utriusque sexus
erroribus Joannis Hus adhærentes Cætui Roma-
no-Catholicorum immixti sparsim per Diæcesim
Transsilvaniensem, aut Milkoviensem vivebant
absque Ministris, ut hodieum nonnulli Sabba-
tharii, donec illos in Transsilvaniam invitatus
per prælaudatum Episcopum Ven. Frater *Jaco-
bus de Marchia* Ord. S. Francisci dedoceret
errores, ac Hussitarum hæresim extingueret, e-
radicaret: Verum igitur est errores privatorum

K 4

ho-

(1) Szered. Series Eppor. p. 152. Katona Hist. Crit.
Tom. XII. p. 740.




hominum Religionem specialem in aliqua Regione eousque, donec Ministris, forma regiminis, Cætu distincto, Officiorum Divinorum loco determinato ab aliis non discriminentur, haud efformare, ut adeo: etsi anno 1552 concederetur e Romano-Catholicis, Lutheranisque quosdam extitisse, qui clam erroribus Antitritariorum prætenduntur adhæsisse; Unitariam tamen Religionem sub Isabella in Transsilvania extitisse nullo modo inferri possit.

§. XVI.

Synodus Cibiniensis celebrata est

Anno 1553.



Posteaquam opinationem P. Samuelis Timon & §. XXVI Part. 1æ hujus Dissertationis, & paulo superius plus quam satis refutavi, fidem §. XII datam debeo in præsentiarum liberare, ac ostendere præfatum Cl. Scriptorem erroré errasse: Hunc profecto facili negotio advertere & porat, & debebat P. Timon, si opus, cujus auctoritate utitur, præsto fuit. Enimvero: *Hannerus* pag. 219 hæc habet: „excedebat anno „sequenti ex vivis Paulus Viener primus Saxonicarum Ecclesiarum Episcopus „Annum autem illum *sequentem* fuisse 1554^{um}, quô *peste*



peste extinctus est Viener. docent tam *Herman*,
 (1) quàm *Sigler* de peste Cibirii grassante
 mentionem injiciens, (2) ut adeo: Annus
præcedens, quô Synodum Cibirniensem Saxoni-
 cæ celebrarunt Ecclesiæ, fuerit non 1552 (ut
 citat P. Timon) sed Annus 1553. (3) Alio-
 quin Historia Diplomatica clare habet §. XXXVI.
 p. 7- „ Anno M.D.LIII. inchoata est ordinatio
 „ Ministrorum Evangelicorum in Ecclesia Cibi-
 „ nienfi Transsilvaniæ Superattendente Paulo
 „ Viennes „ Jam vero Anno 1553 *Franciscum*
Stancarum ex Hungaria in Transsilvaniam in-
 gressum, primùm Claudiopoli spargere cæpisse
 impium, ac blasphemum dogma, Christum sci-
 licet humani generis Redemptorem, ac Media-
 torem esse tantum secundum humanam natu-
 ram, Scriptores docent Domestici. (4) Ad
 quem errorem refellendum, ac condemnandum,
 Synodum indixerint Lutherani *Óvárinum* in
 Hungaria, & non *Claudiopoli* (ut plus quam
 ridicule vult Bzenfzki:) (5) celebrandam pro
 Feria tertia ante Dominicam Palmarum anno

1554

(1) In Serie Epporum Lutheran.

(2) Apud Belium p. 74.

(3) Herman in Cod. Memorab. Pápai p. 141.

(4) Haner H. E. p. 222. & seqq. Pápai p. 142. Sigler
 apud Belium p. 73. & 74.


(5) Lib. 4. C. 4. N. 3. Historiæ MS.



1554, (1) cujus Decreta antequam referrem, juvat de *Stancaro* uberius præfari.

§. XVII.

Quid hominis *Stancarus*?



Franciscus *Stancarus* Italus, Mantuâ oriundus, fuit Theologus, & Presbyter Romano - Catholicus, qui, salvificam fidem abjiciens, Lutheri dogmata est sequutus, moxque uxorem ducens, una cum illa pulsus ex Italia, venit Basileam, ibique Doctoris Medicinæ Titulo est auctus. Petiit inde Villatum Carinthiæ Oppidum, in quo tantisper subsistendo, innotuit Episcopo Cracoviensi Maciejovio, qui Eundem evocavit ad docendam linguam Hebraicam in Academia Cracoviensi cum initio anni 1550.

Stancarus munus Professoris aggressus, Officio simul *Reformatoris* fungi deprehensus est, ac ob disseminari cæptam doctrinam Lutheri, in carceres est detrusus, (2) e quibus interventu quorundam Patronorum eliberatus, semet recepit Pinczoviam. (3)

Pin-

(1) Parispapai, & Haner loc. cit.

(2) Joan. Lætus Comp. Hist. Univ. p. 389.

(3) Hist. Refor. Polon. p. 31. ap. Sand.



Pinczoviæ postquam se refecisset *Stancarus*, cæpit errorem instaurare Zvinglii. (1) Non erat tamen tutum illi morari diu in illis partibus, tum quia: Rex adfuit in proximo, tum quia: Episcopus Cracoviâ nondum discesserat. (2)

Transiit igitur Pinczoviâ *Stancarus* ad Regiomontanam in Prussia Academiam, in qua rursus ad docendam linguam Hebraicam assumptus, cum *Andrea Osiandro* pariter Professore Lutherano disputare occipiens, in gravissimum de Christo Mediatore est lapsus errorem dicendo: „ Christum esse Mediatorem tantum secundum naturam humanam „ (3)

§. XVIII.

Itinera Stancari.



Admissum de Mediatore errorem Regiomonti postquam spargere cæpisset, pulsus est, & iter per Francofurtum cis Viadrum instituens, a Theologis ejatibus erroris convincitur, & Urbe exterminatur, ideoque in Poloniam, unde exierat, redire necessitatur. (4) In Polonia post-

(1) Orichov. in opere: *Chimæra*.

(2) Hist. Refor. Polon. loc. cit.

(3) Spondanus ad an. 1551. p. 176.

(4) Veszpr. Biogr. Tom. 2. p. 188.



postquam anno proximo, (id est: 1552) controversiam de Mediatore excitasset, odia multorum incurrit, ac propterea in Transsilvaniam recessisse videtur, ait Lubieniecus: (1)

Antequam tamen in hunc Principatum fuisset illapsus, venit in Hungariam anno 1553, (2) ac in aula Petri Petrovits, qui tunc agebat in Arce Munkátsienfi juxta illud *Verantii*: (3) „ Contentus Arce Munkáts pro Temesvaro, quam Arcem accepit, & nunc etiam „ possidet „ 24. 7br. 1553. Constantin. cepit primum Medicam exercere, & mox de Mediatore dogma perversum Hungarorum animis parat instillare: Verum in herba per *Leonardum Stekelium* Scholæ Barthphenfis Rectorem, ac *Radaschinum* ejatem Ministrum Lutheranum doctrina suppressa, Stancarusque erroris convictus, in Transsilvaniam migrare cogitur. (4)

| §. XIX.



(1) Apud Sand. Hist. Ref. Pol. Lib. 2. C. 6. p. 117.

(2) Haner Hist. Eccl. Lib. 4. p. 223.


(3) Katona Hist. Crit. Tom. XXII. p. 482.

(4) Veszpr. Biogr. Tom. 2. p. 189.




§. XIX.

Stancarus in Transsilvania non eum
successum habuit, quem de illo
prædicat Haner.



Stancarus ex Hungaria in Transsilvaniam im-
migrans, Claudiopoli substitit, ac pacem turba-
re cæpit suis disputationibus. (1) Non tamen
illo effectû, quem contra aliorum Scriptorum
relationem absque Tabulis, & Testibus notat
Haner his verbis: (2) „ in Transsilvaniam er-
„ go veniens - - multos seducebat „ Præterquam
quod enim ex *multis* ne unum quidem sciat
nominare, totus narrationis contextus aliud sva-
det. Quomodo enim in Transsilvania id spera-
re potuerit *Stancarus*, quod in Hungaria effi-
cere minime valuit? non video. Nisi Hanerus
Lutheranis, ac cumprimis *Francisco David*,
& *Gaspari Heltai* injurius esse velit, qui non
minori Zelo, ac Barthphenfes, *Stancarum* re-
futabant. (3)

§- XX.




(1) Lampe p. 106 Pápai p. 142. Veszpr. Art. *Stancarus*
p. 190.

(2) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 223.

(3) Veszpr. Biogr. Tom. 2. p. 190.



§. XX.

Contra Stancarum Synodi Lutheranae
celebrantur.

Privatorum Sphis præcedentibus citatorum victoriâ de Stancari erroribus relatâ haud contentæ Ecclesiæ Lutheranae, Anno 1554 Synodum indixerunt Óvárinum in Hungaria ad feriam tertiam ante Dominicam Palmarum, ad quam utriusque Nationis Ecclesiarum Transsilvaniae, & Hungariæ Ministri plus quam 80, (1) ac non pauci Nobiles congregati adversus *Stancari* dogmatizationem aliquot Articulos condiderunt. (2)

Synodum Óváriensem sequuta est Talyensis, quam excepit Székienfis: (3) cujus Actis Apologiam opposuit *Stancarus* maledicorum verborum plenam, inter reliqua *Arianos*, (4) Sycophantas, Melachtonis creaturas appellando omnes Ministros Synodo Székienfi præsentés. (5)

Cri--

(1) Herman in Protocol. MS. p. 6.

(2) Schmeiz. Diff. de Sta. E. Luth. p. 44.

(3) Veszpr. Biogr. Tom. 2. p. 189.

(4) quis inferat ex hac criminatione fuisse tunc in Transilvania *Arianos*?

(5) Veszpr. loc. cit.



Criminationi Stancarianæ duplici illico Scripto responderunt duo Ministri Claudiopolitani Augustanæ Confessioni addictorum. Aliud quidem adornante *Francisco David* sub hoc Titulo: „Dialýsis Scripti Stancari contra primam „Articulum Synodi Székienfis „&c. Aliud autem *Gaspere Heltai*, cui Titulus: „Confessio de „Mediatore generis humani *Jesu Christo* „&c. (1)

§. XXI.

In recensenda Synodo Óvárienfi
differunt Scriptores.



Ne interim quidpiam de Synodo Óvárienfi subticuisse videar, dico Scriptores præfatæ Synodi Acta connotantes haud concordare. *Haner* liquidem ait: (2) „Intererant Synodo LXXXIIX „Pastores, Magnaque Nobilium pars, qui jam „nominato, de Sacra Cæna, Articulo, hos ad „huc addebant „& enumerat octo additos Articulos. *Herman* autem habet: (3) „Acta Synodi Óvárienfis A. C. 1554. per utriusque Nationis Ecclesiarum Transsilvanix, & Hungarix

(1) Veszpr. cit. p. 190.

(2) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 224.

(3) In Protocol. MS. p. 6.



ria Ministros plus quam LXXX, ac non pau-
 cos Nobiles celebrata, in qua primum certae
 Quaestiones ad ventilandum propositae, videli-
 cet prima: quae sit pia, & Catholica Sacra-
 menti Cænae Dominicæ expositio, ? & reli-
 qua cum Haner. *Franciscus Parispapai* scri-
 bit: (1) „ Anno 1554 feria tertia ante Palma-
 rum congregati Ministri Óvárinum de subla-
 tione Altarium decernunt, & quod ea tollere
 penes Magistratum esse, non autem Ministris
 alias incumbit, nisi ad hoc a Magistratu spe-
 cialiter deputentur „ *Lampe*, seu Paulus Em-
 ber alias Debreczeni, autoritate Haneri ductus
 refert: (2) „ Feria tertia ante Dominicam
 Palmarum celebrata est Synodus Óvárini -
 in ea de Articulis XII Fidei actum est. -
 Hanerus prætendit, quod in hac Synodo, ex
 LXXXIX Pastoribus - - constante, doctrina de
 Cæna Domini secundum Lutheranorum Con-
 fessionem fuerint confirmati - - & VIII. alii
 additi „ Cl. Veszprémi denique sic concludit:
 (3) „ Prima adversus *Stancarum* anno 1554
 Óvárini celebrata est Synodus, in qua IX Ar-
 ticulos ejusdem erroribus oppositos refert
 Schmeizel „ Relationes hæ Scriptorum ut ut
 mul-

(1) In Miscell. Tigur. p. 141.

(2) Hist. Eccl. Lib. 2. p. 108.


(3) Biogr. Tom. 2. Art. *Stancarus*. sub *



multum inter se discrepent, nullam tamen faciunt dogmatis *Sociniani*, Religionis Unitariæ mentionem, quod intento meo abunde respondet.

§. XXII.

Martinus Kálmán Csehi venit
in Transsilvaniam.



Ad annum 1555 Paulus Ember scribit (1) „ Calman chæum Debrecinensem, incertum „ qua de causa, inde dimissum in Transsilvaniam transeuntem - - Reformatæ Ecclesiæ causam in illis quoque oris strenue asseruisse „ Quia interim Debrecino Claudiopolim usque magnus terræ illi, & Sociis aperiebatur, quod præfato anno Debrecinô discesserit, potest admitteri, ingressus tamen Ejus in Transsilvaniam, quod tardius contigerit, Synodi Saxonicarum Ecclesiarum subin celebratæ evincunt. Annô quippe 1557. (ut jam Spho VII. monui) cæpit novum dogma spargere Martinus Kálmán Csehi, alias *Sánta*, cujus Socii erant *Ludovicus Szegedi*, *Laurentius Perek*, & *Valentinus Crispus*, alias *Fodor*, Pastor Ecclesiæ Torden-

L

fis,

(1) Hist. Eccl. Lib. 2. p. 107.



fis. (1) Horum doctrina offensi Saxones Transilvani, absque mora Synodum convocarunt Cibinium ad XIIIam Januarii, ac electo *Mathia Hebler* in Superintendentem, sequentem considerunt Articulum inter reliquos:

§. XXIII.

Articulus Synodi Cibiniensis.

Articulus Synodi Cibiniensis apud Hermannum sic habet: (2) „De singulis Articulis doctrinæ Christianæ non ex uno loco sumimus judicium, sed ex toto corpore. (Scripturæ S.) Hic cum taxantur omnes omnium temporum errores, qui & nunc novis coloribus amicti, in hac Nostra afflicta Patria predeunt, sana mente, & pio judicio, studio, ac pectore averſamur, uti sunt *novorum Nestorianorum*, qui ex Filio DEi Mediatore, vero DEo, & homine constituunt hominem solum, discerpunt Naturas, ac Eum secundum humanam solum Naturam nostrum esse Mediatorem constituunt: cum hic mos loquendi in Ecclesia inusitatus sit, & propositiones de Filio DEi in abstracto minime sint receptæ, nisi

cum

(1) Haner H. E. L. 4. p. 227. & 228. *Mirum quod duorum ultimarum nullam faciat mentionem Cl. Ventma.*

(2) In Protocol. MS. p. 7. & 8.



„ cum in concreto de tota Persona prædicantur ,
 „ Item omnium Sacramentariorum , qui
 „ evacuunt Testamentum Christi, seu Cœnam
 „ Domini, & Ejus essentiam tollunt, nihil præ-
 „ ter nuda rerum Symbola relinquentes: de ef-
 „ fectu tamen disputantes, & ipsam materiam
 „ prorsus negligentes; cum tamen absente ma-
 „ teria nullus produci possit effectus. Cum ii
 „ vel ante actis Ecclesiæ Filii Dei sint conde-
 „ mnati, ut quondam Berengarius in Italia, Ber-
 „ tramus in Galliis, Viclefus in Anglia, & hoc
 „ ævo: Carlostadius, Cynglius, OEcolampadi-
 „ us &c. in Germania. Et nos eos damnatos af-
 „ firmamus, cum a manifesto Verbo DEi disce-
 „ dant, & contra proximum, ac proprium con-
 „ scientiæ suæ testimonium spargant corrupte-
 „ las, & quærant fenestras contemptus DEi, &
 „ Sanctissimi Verbi, & Sacramentorum „ &c.
 Sic de Baptismo, Absolutione, & aliis. ut vide-
 re est apud Hermannum.

§. XXIV.

Sequela ex hætenus productis Actis
 Synodalibus.



Quamprimum dogma novum spargere capit
 in Transsilvania *Stancar* de Mediatore, ac
 Martinus Kálmán Csehi de Cœna Domini placi-
 tis



tis Lutheri adversum, illico per Ministros Ecclesiarum Augustanæ Confessioni addictarum sunt condemnati; quidni igitur id ipsum fecissent cum illo, qui Mysterium Trinitatis, Divinitatem Jesu Christi iis temporibus ausus fuisset negare?

Omnes igitur Scriptores illi, qui in figendo anno Ortûs Unitariæ in Transsilvania Religionis prævertunt Ingressum Secundum BLANDRATÆ in hunc Principatum, tempora regiminis Isabellæ absque ullo documento confundunt cum temporibus regiminis Joannis Sigismundi post fata Reginæ, ideoque nullam merentur fidem omni fundamento destituti.

§. XXV.

Quid dicendum ad quorundam
criminationes?

Neque criminationibus quorundam Seculi XVI Scriptorum finat semet aliquis decipi, dum in eorum abortibus nomina hæc: *Arianus*, *Soci-nianus*, *Nestorianus*, hisque similia legerit, talibus namque convitiis præfato seculo illi semet mutuo proscindebant, (procul dubio non amore veritatis eruendæ, sed studio vindictæ summen-dæ, & vitio livoris) qui de Mysterio Trinitatis



tis, ac Divinitate Jesu Christi nunquam dubitarunt.

Anne Lutheranos ideo dicemus *Arianos*? quia illos *Stancarus* hoc convitio coram Isabella est infectatus. An Romano-Catholici idolatræ compellendi ideo? quia Joanni Calvino placuit eos hoc scommate proscindere. An Protestantes, & Romano-Catholicos Tritheitas vocabimus ideo? quia Unitarii hoc nomine illos traducunt.

Locum hic certe habent illa, dum de privatorum seculi XVI lucubrationibus fit sermo in materia Religionis, quæ Cl. Jos. Car. Eder in simili substrato adnotavit: (1) „ Referta est „ *Scriptorum Seculi XVI lucubratio* probrosis „ convitiis tam ab Historiæ gravitate, atque „ modestia, quam vero ab humanitate horum „ temporum abhorrentibus „ & illud S. Cyrilli: (2) „ Eo dicacitatis, & audaciæ provecti sunt, „ ut quantum in ipsis fuit, nihil non rerum nostrarum sint criminati; quo ex facto celebritatem Nominis consequuturos se forte putaverunt „ unde pluribus Scriptoribus oggeri posset illud S. Augustini: (3) „ Si emeris ista convitia, prodigum te dicerem „

L 3

§. XXVI.

(1) In Schefæum sub * p. 49.

(2) Initio Libri 7. contra Julianum.

(3) Oper. imperf. contra Julianum Lib. 2. Cap. 58.



§. XXVI.

Ex ipsa Synodo Cibiniensi sumpta
difficultas solvitur.

Constitutio Spho XXIII citata Synodi Cibiniensis damnat novos *Nestorianos*; hi vero qui poterant esse alii, quam *Unitarii*? igitur, si non anno 1552, ut prætendebat P. Timon, certe anno 1557 *Unitarii* erant in Transsilvania. Ita non nemo posset obstrepere.


Cum dogmatizantium Articuli principales debeant discriminare Auctores: hi vero inter *Unitarios*, & *Nestorianos* non conveniant, ut hoc uberius docent Theologi, quid mirum, si nihil ponderet præmissa ratiocinatio. Cæterum ne multis opponentem detinere pergam, dico: ipsam Synodum, quo sensu sumat novos *Nestorianos* (*Stancarum feriendo*) satis exprimere in verbis: „Eum (*Christum*) secundum humanam solum naturam Nostrum esse Mediatorem constituunt „Alioquin *Stancarus* ipsemet confitetur, se non multum dimicare cum quocumque ratione *communicationis Idiomatum*, nec unquam de ea re disputasse, sed de hoc quærere, utrum Divina Natura possit intercedere,



re, supplicare, orare, satisfacere? (1) Ne interim eandem Crambem Adversarii recoquere possint de Stancaro, fit

§. XXVII.

Stancarus nunquam fuit Unitarius, nec
hujus Religionis posuit femina
in Transsilvania.



Cl. Michael Kozma in sua Historia MSta Unitario - Ecclesiastica (2) *De Ortu Religionis Unitariorum in Transsilvania* No 2. ait: „ sunt, „ qui asserunt Religionem Unitariorum per Franciscum Stancarum ex Italia in Transsilvaniam illatam fuisse. Legi cujusdam Unitarii opinionem, quod Stancarus ex Italia adferens doctrinam de Uno Deo Patre, instillaverit Francisco Davidis, Mathiæ Hibler, Stephano Basili, aliisque, & per eos tandem doctrina eadem propagata fuisset in Transsilvania, Verum (ait idem)

„ Stancarus nec ipse defendit doctrinam „ de Uno Deo Patre, nec instillavit aliis 1. „ Franciscus Davidis disputavit cum Stancaro „ 1557. ultima Decembris. 2. Stancarus in „ litteris ad Isabellam datis orat combustionem

(1) Haner Hist. Eccl. p. 231.

(2) Lib. I. C. 2. N. 2. p. 106. & seqq.




„ Caspari Heltai, Francisci Davidis, Mathiæ
 „ Hibler. 3. Ministri Ecclesiæ Claudiopolita-
 „ næ ad calumnias Stancari responderunt. 4.
 „ Stancarus a Sandio, & Visavatio non adnu-
 „ meratur illis, qui sunt Unitarii. 5. Lisma-
 „ nius sententiam Stancari oppugnat Bibl. Anti-
 „ trin. p. 35. 6. Gregorius Pauli anno 1562
 „ suam sententiam proponit contra Stancarum,
 „ ibid p. 44.

„ Nonne hæc clarissime demonstrant Stan-
 „ carum neque in aliis oris professum fuisse So-
 „ lius Patris Personam, esse Summum Deum,
 „ neque in hanc Patriam intulisse, ac Franci-
 „ sco Davidis, aliisque instillasse „

Rationibus per Cl. Seniores Unitarium,
 ac simul Religionis Historicum allatis, puto tan-
 to validius convelli opinionem *Stancarianorum*,
 quanto certius est, argumenta interna, ac do-
 mestica (cæteris paribus) præstare semper ex-
 traneis.

Et illud hic considerationem meretur, quod,
Stancarus ab anno 1553 usque 1558um in Trans-
 silvania diversatus, quomodo potuerit in Polonia
 motus excitare anno 1556 ut notat Cl. Moshe-
 mius, (1) non appareat.

§. XXVIII.



(1) Hist. Christ. ad Sec. XVI. p. 754. sub N.



§. XXVIII.

Anno 1557 Claudiopoli Synodus celebratur.



Ecclēſias Lutheranas in Saxonicas, & Hungaricas diſiſas fuiſſe, non eſt, cur multis urgeam; certum enim eſt non tantum Saxones, ſed & Hungaros multos Eccleſiæ Romano-Catholicæ valedixiſſe, ac Lutheri placita fuiſſe amplexos. Quod ipſemet Cl. Michael Kozma hiſce confite-
tur: (1) „ Sic aliæ Urbes Saxonicales, imo e-
„ tiam multi Siculi, & Hungari cum multis
„ Magnatibus & Oppidis ad Lutheranam transie-
„ runt Religionem, omnes enim, qui ſe ex Ca-
„ tholicismo reformarunt, primo *Lutheranam*
„ amplexi ſunt Religionem „ itaque Eccleſiæ
Saxonicæ, & Hungaricæ primò ſibi non oppo-
nebantur, ſed tam illæ, quam hæ non conten-
tæ eo, quod ſupra relatos Novatores Eccleſiæ
Saxonicæ Cibirii congregatæ condemnauerint,
Hungaricæ quoque Synodum indixerunt Claudi-
opolim ad XIIIam Junii anni 1557, (2) ad
quam utriusque Nationis in Tranſſilvania Paſto-
res *Lutherani* convenientes, (3) Articulos
condiderunt - - quibus Calmanchehi una cum So-
ciis

(1) Hiſt. MS. Lib. 1. C. 1. Seſt. 2. p. 88.

(2) Pariſp. in Miſcell. Tigu. p. 143.


(3) Herman. Protocol. MS. p. 9.



cii §. XXII. recitatis, & *Stancarus* tanquam hæretici damnantur, (1) Confessio fidei incerto loco concepta adoptatur, & D. Philippo Melanchtoni Wittebergam transmittitur; (2) *Stancarus* variis itineribus hoc anno confectis, circa finem Decembris Claudiopolim est reversus, atque die ultima dicti Mensis cum Ministris Lutheranis colloquium instituit. Ex utraque parte Sententia de *Mediatore* scripto est propo- sita, ac post longam disputationem conclusum; ut mutua Scripta iudicio Ecclesiarum Saxonica- rum in Transsilvania subjiciantur. (3) Hoc de- liberato *Stancarus* exacerbatus Székely Vászár- helyinum se se contulit indignabundus. (4)

§. XXIX.

Sphalmata quædam Cl. Michaelis Kozma emendantur.



Cl. Scriptor Unitarius Michael Kozma in ope- re suo MSto Sphum meum XXII cum præce- dente hic Spho XXVIII connexionem habentem hisce docet: (5) „ Postquam primodio Re- for-

-
- (1) Schmeiz. Diss. Epist. p. 45.
 (2) Herm. l. c. Pápai l. c. p. 144.
 (3) Sigler apud Belium p. 80.
 (4) Idem ibid. Pápai p. 144.
 (5) Hist. MS. L. I. C. I. Sect. 3. p. 94. & seqq.



formationis in Transsilvania omnes illi, qui
a Catholicis ad Lutheranos transierunt, Con-
substantiationem in Cæna Domini panis cum
Corpore, vini cum Sangvine Christi usque
annum 1556 tenuissent in libertate conscien-
tiæ nemine contradicente, tandem anno 1557
Martinus Kálmáncsehi (aliàs Martinus Clau-
dus Chalmarchæus Sánta) Pastor Ecclesiæ De-
breczinensis veniens in Transsilvaniam, Trans-
substantiationem Catholicorum, & Confub-
stantiationem Lutheranorum in dubium cæpit
vocare, ac horum sententias negando in Ar-
ticulo de Cæna Domini cæpit juxta Calvinii
doctrinam docere, ac Ecclesias reformare,
prout hodie Reformati sentiunt, ac docent,

Ex citata Cl. Historici narratione duo sunt
certa in rem meam; alterum: quod usque ad
annum 1557, duæ tantum fuerint Religiones in
Transsilvania inter Hungaros, Siculos, & Sa-
xones, nimirum: Romano-Catholica, & Luthe-
rana. Alterum vero: quod, anno 1557 per
Martinum Kálmáncsehi novum, & quidem *ter-*
tium dogma sit illatum, quod hodie Reformati
profitentur. Atque hæc communis est Scripto-
rum Domesticorum doctrina: a qua contra se
ipsum quomodo identidem recedat Cl. Senior,
videamus.



„ Primum pedem, ait: (1) Confessio Hel.
 „ vetica Claudiopolim intulit per exteros *Mer.*
 „ *catores*, & e diversis locis eo peregrinantes
 „ egregios Mechanicos, vel Opifices, qui ibi.
 „ dem Uxores e Clarissimis familiis ducebant,
 „ numeroque Civium adjurati sensim, sensimque
 „ multiplicabantur, cujus exemplum esto ex
 „ Protocollo Generalis Notarii Claudiop. A. 1597
 „ 16 Aug „ & paulo inferius addit: „ cum ve.
 „ ro multiplicari cæpissent per hujusmodi Ma.
 „ trimonia Claudiopoli Reformato - Calviniani,
 „ A. 1572 nacti sunt domum quamdam in platea in.
 „ teriori, *media* vulgo vocata, lapideam, ubi
 „ cæperunt cultus sui exercitium peragere „

Quomodo ista? Supra dicebat Cl. Histori.
 cus Unitarius per *Martinum Kálmáncsehi* juxta
 Calvini doctrinam Ecclesias reformari cæptas:
 hic ait: per *Mercatores* primum pedem Con.
 fessionem Helveticam Claudiopolim intulisse. Ibi:
 jam anno 1557 Reformatorum dogma incepisse;
 hic longe tardius, & quidem ita, ut per Matri.
 monia anno 1597 contracta, jam anno 1572
 cæperint multiplicari Reformato - Calviniani.

§. XXX.





§. XXX.

Sphalmatum expositio, ac emendatio
continuatur.

Observandum esse innuit Cl. Historicus: (1)
„Tantum in Transsilvania non habuisse Luthe-
„ri Cœnam contradictores ante Annum 1557 „
„Quinam autem inceperint hoc anno contradice-
„re, illico subjungit dicens: (2) „ Martino Kál-
„máncsehi se adjunxerant Ludovicus Szegedi-
„nus, Laurentius Perek, Valentinus Crispus
„(Fodor) origine Kolosvariensis, Officio Pastor
„Ecclesiæ Tordensis, alique, qui se Calvinia-
„nos cæperunt profiteri, & Calvinii dogmata
„defendere. (3)

„Contra hos eodem anno 1557 Synodus
„Provincialis est indicta Claudiopolim, quo præ-
„cipui Pastores Ecclesiarum in Transsilvania
„existentium disputandi gratia ad 13am Junii
„convenerunt, ut controversiam de Cœna Do-
„mini expedirent; At cum irritò eventu sol-
„veretur Synodus, nec prænominati consenti-
„rent cum Lutheranis Consubstantiationem cre-
„dentibus - - Ecclesiæ scissæ sunt, & Consub-
„stan-

(1) Hist. MS. l. c. p. 95.

(2) ibid. p. 96.

(3) Haner H. E. Lib. 4. p. 227. & seq.



„stantiationem credentes retinuerunt nomen
 „*Ecclesiæ Saxonicae*, quæ vero contrarium sen-
 „tiebant, denominatæ sunt omnes *Ecclesiæ Hun-*
 „*garicæ*: consequenter Pastores quoque dice-
 „bantur *Ecclesiæ Saxonicae* Pastores, & *Eccle-*
 „*sia Hungaricæ* Pastores „

Narrationis seriem texens ex Hanero, pau-
 lo inferius hæc subjungit: (1) „Proinde A.
 „1560 ad 10am Januarii Mediam convocantur
 „Saxonicarum Ecclesiarum Ministri, & quidem
 „mandato Principis, ut Sententiarum collatio-
 „nem instituerent - - sicque post longam, &
 „verbalem disceptationem Consubstantiationem
 „juxta Lutheranorum opinionem negantes,
 „communi consensu a Saxonibus excluduntur,
 „nec pro Fratribus agnoscuntur „

„Ecce (pergit ulterius) præter *Catholi-*
 „*cam*, & *Lutheranam* Religionem hic jam
 „tertia incipit se exerere Religio, sed necdum
 „ratione Trinitatis, & Unitatis Divinæ „

In præmissa Cl. Senioris Unitarii narratio-
 ne historica non tantum curiosas, ac disparatas, sed
 simul sibi oppositas video assertiones. Enimvero:
 ex Hanero scribit Cl. Vir Ecclesias Lutheranas,
 aut rectius: earum Ministros convenisse Claudi-
 opolim adversus Martinum Kálmáncsehi & So-
 cios ejus: qui condemnati quidem sunt, sed non
 sunt



sunt convicti: atque ex hoc antecedenti sequentem facit illationem: ergo Ecclesiæ Lutheranæ sunt scissæ in Saxonicas & Hungaricas. Quæ hæc connexio? Ecclesiæ siquidem Lutheranæ vel ideo dicuntur a Cl. Seniore scissæ, quia Martinus Kálmáncsehi Consubstantiationem negabat, vel ideo, quod Calmantius quosdam Socios nactus fuerit, vel ideo, quod tam Saxones, quam Hungari Lutherum sequerentur, vel demum ideo, quod occasione Synodi celebratæ Saxones Consubstantiationem crederent, Hungari contra omnes negarent. Primum dicere est ridiculum, tum quia Calmantius nunquam erat in Transsilvania Lutheranus, tum quia Ecclesia dicit Cætum hominum & ideo nec alterum potest statui, quia etsi Socii Calmantii dentur fuisse antea Lutherani, Szegedinus, Perek, & Crispus non formant Ecclesiam, taceo *Ecclesias*. Tertium alioquin non scindit Ecclesias, secus omnis Religio tot haberet Sectas, quot numerat Nationes, ut adeo ultimo solum sensu possit sumi scissio prætenfa, ast ad adventum Martini Kálmáncsehi in Transsilvaniam omnes Ecclesias Lutheranas Hungarorum & Siculorum Consubstantiationem abjecisse tam incredibile est, quam esset incredibile dicere, quod Calmantius anno 1557 nullum nactus fuerit discipulum. Quid quod, de prætenfa Cl. Historici Unitarii Ecclesia-



fiarum scissione anno 1557 facta, neque Scriptores Calviniani gloriantur, neque Lutherani querantur? & simul aperta fronte pugnet cum eo, quod Reformato-Calviniani cultus sui exercitium peragere cæperint anno 1572.

Urgeamus pugnam hanc uberius: Anno 1557 jam scissas fuisse Ecclesias Lutheranas scribit Cl. Historicus; & hoc non obstante: dicit Anno 1560 se exerere cæpisse Religionem tertiam, id est: Calvinianam: ergo aut scissæ non sunt Ecclesiæ Lutheranae anno 1557, quia Calviniana Religio se exeruit anno 1560, aut se non exeruit hoc anno, quia scissæ sunt jam antea anno 1557. Imo neutrum: quia per Matrimonia anno 1597 contracta sensim multiplicati Calviniani, anno 1572 cultus sui exercitium peragere cæperunt.

Grandis hic error historicus veniret refellendus, sed forte inferius commodior erit locus.

§. XXXI.

Anno 1558 in materia Religionis
quid actum?

Ne hiatus aliquis ingressum præbeat erroneæ illi Scriptorum tam Domesticorum, quam Extraneorum opinationi, quod sub Isabella fuerint
Uni-



Unitarii in Transsilvania, annorum nexum ducere (cum fastidio forte B. Lectoris) est necesse.

Anno itaque 1558 in materia Religionis sequentia contigerunt :

1mo *Stancarus* Litteris 25a Februarii ad *Isabellam Székely Vásárhellyino* datis orat, & hortatur Reginam, Status item & Ordines, ut omnes veræ doctrinæ depravatores, quales essent: *Caspar Heltus*, *Franciscus Davidis*, *Mathias Hebler* & alii -- suæ hæreseos convincantur, & juxta leges puniantur. Juris Divini esse, ut ipsi cum suis facultatibus comburantur. (1)

2do Ministri Ecclesiæ *Claudiopolitanæ* (2) nomine omnium *Lutheranorum Transsilvanorum* Apologiam adornarunt, in qua Acta Colloquii anni superioris cum *Francisco Stancaro* habiti ordine sunt exposita, dogmata *Lutheri* Scripturæ testimoniis roborata, atque calumniæ *Stancari* modeste refutata. (3)

3tio Ad iam Maji hujus anni *Tordam* Synodus est indicta a *Lutheranis Nationis Hungari-*
M cæ

(1) *Sigler*, *Parispapai* l. c. *Lampe* p. 116. *Haner* p. 244. & 245. *Schmeiz.* p. 46.

(2) ergo Ecclesia hæc a. 1557 doctrinam *Lutheri* sequebatur, contra, quam scribat *Cl. Kozma*.

(3) *Supra citati N. 1. ibid.*



cæ, (1) in qua Superintendente (quod Offici-
um jam anno 1556 gerebat) (2) Francisco
Davidis, contra *Stancarum*, & *Sacramentarios*,
seu præsentiam in S. Cæna Corporis, & San-
guinis Christi negantes, actum est: (3) &
quidem opponente *Melio Calviniano*, ac de-
fendente Francisco *Davidis* Lutherano. (4)

Acta Synodi hujus eum tandem habuere
effectum, ut *Stancarus* e Transsilvania in Po-
loniam migraverit, nullo relicto discipulo aper-
to, sicque, absente auctore, error etiam ejus
umbrâ citius evanuerit. (5)

§. XXXII.

Anno 1559 Religionis vicissitudines.



Quanto majorem post abitum *Stancari* exi-
stimabant se obtinuisse pacem Ecclesiæ Luthera-
næ, tanto validioribus illas involvit turbis *Pe-
trus Melius* anno 1559: Superioris namque an-
ni disputatio Francisci Davidis cum *Melio* habi-
ta

(1) ergo Ecclesiæ Hungariæ nondum sequebantur Cal-
vinum, ut prætendit Cl. Kozma.

(2) Bod. Sz. Polikárp. P. 2. p. 10.

(3) Sigl. p. 81. Pápai p. 146. Lampe p. 117. Haner. &
Schmeiz. l. c.

(4) Seivert Joan. Art. *Davidis* p. 56.

(5) Haner p. 246. Schesæus in Orat.



ta adeo illum debilitavit in defendendis placitis Lutheri, ut plus Ecclesiis Lutheranis David obfuerit, quàm profuerit: (1) effective siquidem transiit David præcedente anno ad Calvinianos, (2) neque jam more in Polonia, & Hungaria usitato, (3) hic quoque in Transsilvania Hungari, & Saxones a Romano-Catholicis Sacris alieni vocabantur omnes *Lutherani*, sed, (amarissime testificante Hanero), „ solus Petrus „ Melius voti sui compos, maximam partem „ Nobilium, majorem vero Hungarorum, & Si- „ culorum numerum ad doctrinam suam allici- „ ebat, imo tantum non omnes in Calviniano- „ rum castra trahebat „ (4) una cum Francisc- co Davidis, & Caspare Helto.

Vulnus hoc Lutheranae inflictae Religioni coegit Saxones, ut Synodus ad 18am Augusti anni 1559 Mediam conflueret: item pro 10ma Januarii anni subsequenter 1560. ad eandem Civitatem; sed nullo effectu coalitionis. Unde communi consensu Franciscus Davidis, & Caspar Heltus a Saxonibus excluduntur, abjectaque charitate priore, quam mutuo colebant, non pro Fratribus amplius sunt agniti. Quod diffidi-

M 2 um

(1) Haner p. 247. Schmeizel p. 47.

(2) Seivert. Art. *David*. p. 56.

(3) Bod. Sz. Polikárp. p. 13.

4) Haner H. E. L. 4. p. 246.



um duravit aliquot annis, hominum studiis huc;
atque illuc inclinantibus. (1)

§. XXXIII.

Conclusio ex hætenus citatis Actis
Synodalibus.



Tot inter disceptationes in materia Religio-
nis in Synodis maximo, quo poterat, fervore
habitas, non aliarum fit mentio Religionum in-
ter Hungaros, Siculos, & Saxones vigentium,
quam trium illarum (si errorem Stancari exci-
pias) quas *Pontificii*, seu Romano-Catholici,
Lutherani, & *Sacramentarii*, seu Calviniani
profitebantur. Ut adeo: Synodi Saxonicarum
Ecclesiarum certos nos reddant de eo, quod
usque ad Adventum Secundum GEORGII BLAN-
DRATÆ in Transsilvaniam, qui contigit año
1563, nulli Ariani, nulli Sociniani, nulli Uni-
tarii aperti fuerint a temporibus S. Stephani in
Principatu Transsilvaniæ: quod ipsum Articuli
quoque Diætales in materia Religionis rogati il-
lico testatum reddent.


§. XXXIV.

(1) Sigler apud Belium p. 83. Parispapai in Miscel. Tigur.
p. 147. Benkó Trans. Tom. 2. p. 128. & 129. Lampe
Haner, & Schesæus locis citat.



§. XXXIV.

Actorum Diætaliū fit quasi basis
Decretum Ludovici II^{di}.



F atentibus ipfismet Historicis a Romano - Catholica Religione alienis, (1) a temporibus S. Stephani usque ad 1521^{um} annum in Transilvania unica tantum Religio, illaque Romano-Catholica vigit inter Hungaros, Siculos, & Saxones. „ Omnes enim, qui primò Lutheram, nam amplexi sunt Religionem, ex Catholicismo se reformatunt „ inquit Cl. Kozma. (2) Hanc igitur Epocham sollicitudo mea in citandis Articulis prævertere non debet.

Quid autem post illata Martini Lutheri placita in hunc Principatum in negotio Religionis Diætæ sanciverint? videamus. Ante tamen, quam Articuli Diætæles excitentur, sit pro fundamento illorum Decretum illud, quod Ludovicus II. ad Cibinienses Saxones expedivit; (3) anno 1523 in hæc verba: (4) „ Ludovicus - - volumus, &

M 3

„ Fi

(1) Venema, Benkő, & alii.

(2) Hist. MS. L. 1. C. 1. Sect. 2. p. 88.

(3) Venema Edictum hoc nec *vere*, nec *politice*. nec *Religiose* scribit ad *Secul. XVI. Tom. VII. p. 367. a Clero extortum.*

(4) Katon. H. Cr. Tom. XIX. p. 390. Haner, Schmeizel, Parispápai. - -



„ Fidelitatibus vestris harum serie sub amissio-
 „ ne omnium bonorum vestrorum committimus,
 „ & mandamus, quatenus statim, acceptis præ-
 „ sentibus, tam in Civitate Nostra Cibiniensi,
 „ quam in aliis locis vobis subditis, assertiones,
 „ figmenta, & libellos præfati Martini Lutheri,
 „ tanquam excommunicatos viciatim per singu-
 „ las domos requiri, inventosque publice com-
 „ buri, & deinde publicare palam debeatis, ne-
 „ quis cujuscunque tandem conditionis existat,
 „ ejusmodi dogmata, assertiones, & libellos eos-
 „ dem vendere, emere, legere, aut tractare
 „ præsumat sub pœna confiscationis omnium bo-
 „ norum. &c. Datum Budæ Sabatho proximo
 „ ante Dominicam *Cantate*. Anno 1523 „ (1)

§. XXXV.

Quid petierint I. Status, & Ordines
 Anno 1523?

Insuper habita Epistola illa, quam Cl. Jos. Ben-
 kő excitat, (2) neglectoque eo, quod Schmei-
 zel absque omni testimonio scribit: (3) ob ra-
 tio

(1) Schmit. de Ep. Ag. Tom. 2. p. 226. habet: *Fer. 4. prox. post Domin. Lætare. 1524.* ac ex illo Cl. Gánoczi Eppi Váradin. P. 2. p. 16. Schmeiz. autem p. 27. 1522.

(2) Milkov. Tom. 2. p. 450.


(3) Diff. Epistol. p. 27. *S. atque sic.*



tiones per Cl. Katona citatas, (1) progredior
 ad Comitia anno 1523 Budæ celebrata, in quibus
 Artic. 54. petunt I. Status, & Ordines, ut
 „ omnes Lutheranos, & illorum fautores, ac
 „ factioni ipsi adhærentes, tanquam publicos
 „ hæreticos, hostesque Sacratissimæ Virginis
 „ Mariæ pœna capitis, & ablatione omnium bonorum
 „ suorum Majestas Regia, veluti Catholicus
 „ Princeps punire dignetur „ (2) Ad
 has, & similes I. Statuum, & Ordinum preces,
 sed cum primis ad iteratas Archi-Episcopi
 Strigoniensis relationes ad Pemphlingerum Comitem
 Cibiniensem, quales dederit Ludovicus II.
 Litteras, sequens Sphus recenset.

§. XXXVI.

Litteræ Ludovici II. ad Comitem
 Cibiniensem. (3)



„ **L**udovicus - - Commiseramus tibi præteritis
 „ Mensibus ut capita, & Principes Lutherana
 „ hæreseos, quæ dudum in illis partibus, &
 „ Civitatibus Transsilvanicis pullulare cæpit, coerceres,
 „ ac in pristinam fidem, & Religionem

M 4

tua

(1) Hist. Crit. Tom. XIX. p. 393.

(2) In Cod. J. H. Tom. 1. p. 346.

(3) Schmitth de Agri. Eppis Tom. 2. p. 248.




„ tuâ operâ, & diligentia reduceres - - fecus
 „ igitur si & rebus tuis, & Voluntati Nostræ
 „ consulere voles, nulla ratione feceris, alioquin
 „ pœna illorum in te redundabit. Datum Budæ.
 „ Fer. V. ante Festum B. Mariæ Magd. A. C. 1526.

Cum & Joannes Gofzthon Eppus Trans.
 contra novæ doctrinæ seminatores ad Cibimien-
 ses jam 11a Martii præfati anni scripserit teste
 Cl. Jos. Car. Eder, (1) pronum est judicare,
 & hujus Prælati querelas ad Ludovicum Secun-
 dum penetrasse, ac difficillimis illis temporibus
 cum Archi-Episcopo Strigonienfi Regem eo per-
 movisse, ut sex ante diebus, quam in Turcas
 Budâ movisset, citatas paulo ante litteras dimitt-
 teret.

§. XXXVII.

Observatio Critica, & illatio e præmissis.



Georgius Haner, (2) & ex illo Martinus
 Schmeizel (3) iisdem verbis de adductis Lu-
 dovici II. litteris, quin illas, more solito, reci-
 tent, hæc habent „ Officii (Comitem) admo-
 „ net, annexa gratiæ Regiæ promissione, si de-
 in-

(1) Observ. & Excurs. X. ad Hist. p. 277. **

(2) H. E. L. 4. p. 179. (error typi in anno 1526.)

(3) Diss. Epistolica C. 2. p. 34.



„ inceptis Sectæ illius homines omni studio, vi-
„ ribusque persequi, & injuncta pœna afficere
„ adniteretur „

Spho præcedente vidimus Litteras Ludovi-
ci Secundi ad Comitem Cibirniensem datas, qui-
bus *gratiæ Regiæ promissionem* unde addiderint
Cl. duo hi Scriptores, tanto magis quæri po-
test, quanto clariora sunt laudatarum litterarum
ista verba „ quare fidelitati tuæ harum serie
„ committimus sub privatione Officii tui, &
„ amissione (nollem ego hanc gratiæ Regiæ pro-
„ missionem) omnium bonorum tuorum, ut
„ jam vel deinceps - - ejus Sectæ homines - -
„ secundum eorum culpam, & delictum casti-
„ gari facere debeas, & tenearis „

Sed nec datum per Hanerum, & Schmei-
zel prætensum concordat cum Originali, cum
anno 1526 Festum Mariæ Magdalenæ XXII Julii
celebrari solitum in diem *Dominicum*, atque
ita *Feria V.* ante hoc Festum non in XVII, sed
in XIX Julii inciderit.


Quibus hunc in modum observatis, five Ar-
ticulum Diætalem, five repetitum Ludovici Se-
cundi Edictum inspiciamus, hucdum in Trans-
sylvania inter Hungaros, Siculos, & Saxones
duas tantum *Romano - Catholicam* nempe, &
Lutheranam Novitiam, Religiones obtinuisse,
evidens est, neque Capitulum Cibirniense de a-
lia,



lia, quam de *Lutherana* ad Archi-Episcopum Strigoniensem hŭcce retulit „ in Civitate Cibini-
 „ nienſi, ubi fundamentum eſt *Lutheranæ* hæ-
 „ reſis, in domo Magiſtri Joannis Csukás facta
 „ eſt quædam Schola &c. (1)

Capituli Cibinienſis longam relationem P. Antonius Mindszenti breviffime hŭcce abſolvit
 „ Eſt in Tranſſilvania Saxonum Natio - - ad
 „ hos jure quodam cognationis allati ſunt e Lu-
 „ theri Saxonis venenatis libellis non pauci,
 „ Mercatoribus peſſimas eas merces invehenti-
 „ bus, has lectitare Mathias Colomannus, ac
 „ hauſto veneno deficere, unde fundamentalis
 „ Lapis, & Moyſes *Lutheranæ* Tranſſilvaniæ vo-
 „ citatus. Huic familiaritate conjunctus, nec ſa-
 „ tis a Luthero integer ſucceſſit in Parochia
 „ Mathias Ramaschi, Joſue nuncupatus; his vi-
 „ rulentior, magisque cultus Joannes Surda-
 „ ſter, ſimillimus Luthero e Monacho Apoſta-
 „ ta, primùm ſub dio, dein Regii Judicis Mar-
 „ ci Penſflingeri favore, in Templo Sanctæ Eli-
 „ ſabethæ pro Concione Lutheri dogmata jacta-
 „ bat. „ (2)

§. XXXVIII,



(1) apud Katona Tom. XIX. p. 639.

(2) Propug. Reip. Chriſt. P. 2. p. 60.



§. XXXVIII.

Differentiæ Ferdinandum I. inter, & Joannem I. quantum Religioni nocuerint?



Sublato per cladem Mohacsianam Ludovico II. quid dissidia duorum Regum, Ferdinandi quippe primi, & Joannis æque primi Religioni Romano-Catholicæ nocuerint, ac ad propagandam Lutheri doctrinam contulerint, discimus tam ex Schmitthio, (1) quam ex Schmeizelio, (2) & Hermanno Venema. (3) Ut ut enim Joannes I. regimen arripiens Cibiniensibus præceperit, ut Lutheri sectatores severe castigarent, (4) toto tamen postea regiminis tempore ita secularibus est abreptus, ut in negotio Religionis vix unicus compareat Articulus conditus, quod ingenue confitetur Author Hist. Dipl. (5)

Hinc procul dubio contigit fatalis illa, quam sub Joanne primo factam Religionis conversionem Schmeizel hinc refert: (6) „ arrepta
„ belli

(1) Eppi Agrien. Tom. 2. p. 288.

(2) Diss. Epistol. Cap. 2. p. 34.

(3) Hist. Eccl. Christ. Tom. VII. p. 368.

(4) apud Katona Tom. XX. p. 31. Schmeiz. p. 35.

(5) Nro XXVIII. p. 6.

(6) Schmeizel ibid. & p. 36.



„ belli occasione (in turbido siquidem optimum
 „ est piscari) die XVIII Febr. a. 1529 Edi-
 „ ctum promulgant (Lutherani) (1) quo sub
 „ poena capitis omnibus Monachis, quive illo-
 „ rum dogma sequebantur, præcipiebatur, ut
 „ intra triduum, aut Religionem Papisticam e-
 „ jurent, aut Urbe - - excederent. Quod & fa-
 „ ctum, & quidem tam improvise successu, ut
 „ intra præscriptum tempus nemo Cibirii esset,
 „ qui amplius Monachorum oculis aurem præ-
 „ beret suam „ (2) Cæterum: eundem hic ad-
 eundum esse fontem, quem pag. 184 in fine
 Sphi XXXVI indigitavi, narrationis identitas
 postulat.

Quia vero de statuendo anno, quô Eccle-
 siæ Lutheranae regiminis sui formam sunt ade-
 ptæ, fidem nunquam obligaverim, hanc nullibi
 liberare quoad hoc sum obstrictus. Imo & illos,
 quos in rem meam cito, quoad substantiam as-
 ferti mei teneor defendere: unde nunc fide hi-
 storica credenda sint hæc Cl. Schmithii? (3)
 „ hoc demum anno (1526) duorum Regum
 con-

(1) Libenter hic scire cuperem a Cl. Hermanno Venema,
 cur Edictum Ludovici II. sit extortum, hoc vero nulli
 censuræ subjiendum?

(2) Cl. Schmeizel p. 29. N. 23. ait: *mandata Ludovici 2di
 pcepto Regia Mattis & Auctoritatis fuisse incrustata*: ergo hoc
 Edictum Saxonicum quali pcepto erat incrustatum?

(3) Eppi Agrien. Tom. 2. p. 288.

contentione animati, quod dudum in perniciem Religionis Romanæ destinarunt, furiali impetu executi sunt. Duodevigesimo die Februarii Senatores Edictum proponunt,, &c. vel ideo quæri potest, quod Schmeizel hoc Edictum Cibirienſe, ut vidimus ad annum 1529 rejiciat cum Hanero, ac Opusculi, cui Titulus: *Ortus, & Progressus variarum in Dacia Gentium & Religionum*, Authore, quem Cl. Kozma Andream Illia vocitat, cujusque relationibus absque documentis passim subscribit. (1)

§. XXXIX.

Quid sub Isabella ordinatum in materia Religionis?

Posteaquam Pacis, ac tranquillitatis publicæ convulsionem tantopere promoverunt in Transilvania Lutherani, ut profanarentur Divorum Ædes, occuparentur Sacerdotum Collegia, Paræciæ, Gymnasia, Possessiones per summam injuriam eriperentur, non est mirum, quod sub Isabella in Comitibus Generalibus Thordæ Anno 1544 (2) die XXIV Aprilis celebratis Art. 4to I. Sta-

(1) Vid. & Hist. Dipl. p. 4. §. 17. & seqq.

(2) Sunt celebrata Comitibus & Anno 1543. Ast in negotio Religionis nihil singulare ordinatum.



I. Status, & Ordines,, in negotio Religionis,, decreverint, ut deinceps nemo aliquid immo-,, vare debeat. Monachos autem, & alios Ec-,, clesiasticos Viros nemo aliquo impedimento,, afficiat, sed Divina Officia more solito exer-,, cere possint,, Huic Ordinationi in Comitibus anno 1548 rursus Thordæ celebratis infistitur, quin novi cujuscpiam dogmatis fiat mentio præ- ter placita Lutheri.

§. XL.

Quid Anno 1552, qui apud P. Timonem est nominatissimus, ordinatum?

Annus 1552 est, cujus cursu comprehensa facta scribens P. Samuel Timon, vehementissime pugnat mea cum assertione. Ille siquidem ait: (1) præmisso Anno Arianos fuisse in Transilvania, ego autem id constanter nego. Ille assertionem suam probat Authoritate Synodi Cimbiniensis, quam plus simplici vice fuisse exposui: ego negandi rationem unam duco ex Actis Diæ- talibus dicti Anni, quæ ille nec attingit: Videamus igitur: uter nostrum habeat veritatem historicam.

In Comitibus Anno 1552 Dominica ante Fe-
stum



Item Ascensionis celebratis conditus Articulus
44tus sic habet: „Cæterum conclusum est per
„Dominos Status, & Ordines Regni unanimi
„eorum voto, de Religione observanda, ut
„quemadmodum superiori eorum Conventu
„Generali statutum erat, ne fautores partis E-
„vangelicæ, parti alteri, videlicet Papisticæ
„quid adversi inferre contendant; similiter &
„hi alteri parti præjudicent, & eosdem indigne
„infestare studeant, quin potius altera parti-
„um, partem alteram honore, ac mansuetudi-
„ne prosequatur. „

Ex hoc Articulo sic licet contra P. Samue-
lem Timon arguere: Anno 1552 duæ tantum
erant *Partes* in Religione ab invicem distinctæ:
Evangelica nempe, & *Papistica*; atqui si Anno
1552 *Sacramentarii*, *Anabaptistæ*, & *Ariani*
fuissent in Transsilvania, contra Articulum Di-
ctalem fuissent quinque *Partes*, & non duæ:
ergo Anno 1552 *Sacramentarii*, *Anabaptistæ*,
& *Ariani* non erant in Principatu, sed tantum
Evangelici seu Lutherani, & *Papistæ*, seu Ro-
mano-Catholici, sumpto alioquin discursu sem-
per de Hungaris, Siculis, & Saxonibus.

§. XLI.





Argumentum Sphi præcedentis confirmatur.

Ne vero Religionem *Evangelicam* quispiam pro lubitu latius sumere possit, eam pro sola *Lutherana* accipiendam esse sensu Articuli Diæ-talis evidenter doceo:

Anno 1557 in Comitiiis 1a Junii Thordæ inchoatis Articulo VII. quamvis terminis generalibus dicat Isabella „ Nos, Filiusque Noster „ Serenissimus ad instantissimam supplicationem „ Dominorum Regnicolarum clementer consen- „ simus, ut quisque teneat eam fidem, quam „ vellet, cum novis, vel antiquis Cæremoniis „ permitten. in negotio fidei eorum arbitrio „ id fieri, quod ipsis libuerit „ anno tamen sta- tim sequente 1558 in Comitiiis itidem Thordæ Dominica *Judica* inchoatis Articulo XXIX cla- re exponunt I. Status, & Ordines, quæ sint il- læ Religiones, e quibus ad libitum eligeret quis- que; dicunt enim: „ Quemadmodum autem an- „ tea quoque Majestates Sux benigne concess- „ rant, ut quilibet eam, quam vellet, *Papisti-* „ *cam* videlicet, aut *Lutheranam* Religionem „ profiteretur, ita nunc quoque clementer li- „ beram dedit facultatem omnibus alterutram „ harum sequi. Rixas tamen, & injurias inter


utros-



„ utrosque sublatas esse vult, & prohibet „ En
Papisticam, & per *Evangelicam*, Lutheranam
 Religionem, atque per *alterutram* duas tantum
 in Transsilvania inter Hungaros, Siculos, &
 Saxones Religiones Diætaliter clare enunciatas!

§. XLII.

Articuli Diætalis sensum obvium figit de
 nominatio primitiva Religionis Lutheranae.



P rinceps Religionis Lutheranae ita scribit: (1)
 „ Martinus Lutherus Dei gratia Ecclesiastes Vit-
 „ tembergenfis, ut sciant Episcopi, ad quorum,
 „ & Satanæ invidiam hunc Titulum gero, pos-
 „ semque eodem jure me dicere per Dei gra-
 „ tiam *Evangelistam*, qualem me etiam agno-
 „ scit, & vocat Jesus Christus „ His Magistri
 verbis innixus Cl. Moshemius sic suam orditur
 narrationem: (2) Historia Ecclesiæ Evangeli-
 „ co Lutheranae. Initia & progressus Ecclesiæ
 „ illius, quæ *Evangelicæ* nomen sibi sumit,
 „ quia Evangelium superstitione oppressum, id
 „ est: dogma de salute humani generis solo
 „ Christi merito parta in lucem revocavit. Nec
 „ *Lutheranae* tamen vocabulum respuit, ne in-
 N gra-

(1) Ep. ad falso non ord. Ep. Tom. 2. fol. 305.

(2) Hist. Christ. Sect. 3. P. 2. p. 734.



„ grata erga illum, qui nebulas Evangelium ob-
 „ scurantes Princeps dissipavit, & nihil sibi, ni-
 „ hil Sanctis Cœlitibus, sed omnia Christo suos
 „ fidere docuit „ Porro: in cursu Historiæ suæ
 Christianæ Ecclesiam Lutheranam innume-
 ris locis vocat *Cætum Evangelicum*. Atque, ut
 domestico utamur testimonio, Author *Historiæ*
Diplomaticæ lucubrationem suam titulo *Religi-*
onis Evangelicæ signat, quem statim pagina
 prima semel, ac decies iterat, atque paulo in-
 ferius apposite ad rem meam plus simplici vice
 sic habet: (1) „ Ortus *Religionis Evangelicæ*
 „ in Transsilvania „ item: (2) „ Anno MDLIII.
 „ inchoata est Ordinatio Ministrorum *Evangeli-*
corum in Ecclesia Cibiniensi Transsilvaniæ,
 „ Superattendente Paulo Viennes, Pastore Cibi-
 „ nienfis Ecclesiæ „ ut adeo: vocabula; *Evan-*
gelica, & *Lutherana*, dum sermo est de doctri-
 na, ac Ecclesia Lutheri, prorsus idem sonent,
 sintque Synonyma. Sensu igitur obvio I. Sta-
 tus, & Ordines in Articulo Diætali per *par-*
tem Evangelicam Lutheranam Religionem in-
 tellexerunt.

§. XLIII.



(1) Nro XIII. p. 3.

(2) Nro XXXVI. p. 7.



§. XLIII.

Objectiuncula quædam proponitur,
& diluitur.

Neque præjudicant adoptatæ per Lutheranos denominationis *Evangelicæ* illa, quæ Cl. Michael Kozma notat his verbis: (1) „ Indigitabatur etiam eadem Unitatem Dei profitens Ecclesia, *Evangelica Ecclesia*. Reformatores vero ejus Religionis: *Ministri professionis Evangelicæ*, opposite ad illos, qui Religionem suam *Traditionibus*, variis Sophisticationibus, ab hominibus inventis rationibus defendebant „

Haud præjudicant, inquam, hæc, quia ipsemet Cl. Scriptor triplici plane distinguit ratione vocabulum *Evangelici* Unitarios inter ac Lutheranos usurpatum.

Imo siquidem „ indigitabatur etiam eadem „ - - Ecclesia (Unitariorum) *Evangelica Ecclesia* „, ast tardius, subjungit Cl. Senior, quia „ ante disputationem Albanam 1568. decem diebus habitam, *Ecclesiæ consentientes in Sarmatia, & Transsilvania*, vel: *Ecclesiæ Ungaricæ consentientes in Transsilvania* voca-

N 2

ban

(1) Hist. MS. Lib. 1. C. VI. p. 162.



„ bantur „ Contra vero Ecclesia Lutherana a
sui principio *Evangelicæ* nomen sibi sumpsit. (1)

20 „ Indigitabantur -- Reformatores ejusdem
„ Religionis (Unitariæ) *Ministri professionis*
„ *Evangelicæ* „ ast „ oppositè ad illos , inquit
„ *Cl. Senior* , qui Religionem suam *Traditio-*
„ *nibus* , variis Sophisticationibus , ab homini-
„ bus inventis rationibus defendebant „ Contra
vero: Ecclesia Lutherana *Evangelicæ* nomen
sibi sumpsit ideo , quia „ Evangelium supersti-
„ tione oppressum , id est : dogma de salute hu-
„ mani generis solo Christi merito parta , in lu-
„ cem revocavit „

30 „ Evangelici dicti in disputatione Alba-
„ na Francisco Davidis homodoxi „ (2) „ sed
„ postmodum *Evangelici* cognominatio mansit
„ apud alios assumpto nomine Unitariorum „
(3) Contra vero Lutherani a principio dicti
Evangelici , hodieum perseverant Evangelici ,
quod vel lippis , & tonsoribus notum.

Igitur , quemadmodum nomine Ecclesia
Catholicæ semper *Romana* intelligebatur sensu
obvio , ut ut in disputatione Albana Petri Melii
homodoxi *Catholici* fuerint vocati , ita vocabu-
lum *Evangelici* a principio ita fuit a Lutherani-
nis

(1) Cl. Moshem. sup. cit. loc.

(2) Cl. Kozma l. c. p. 165.

(3) Idem - - - p. 163.



nis adoptatum, ut cognominatione *Evangelica* stricte Augustanæ Confessioni addicti intelligantur. Quod ex App. Const. P. 1. T. 1. Art. 2. 6. 9. T. 10. A. 2. urgeri posset, nihil obest, quia denominatio illa longe post initia Religionis Calvinianæ adoptata.

§. XLIV.

Scriptores Domestici per citatum Articulum Diætalem refelluntur.



Quanta Isabellam Reginam afficiunt ignominia Scriptores illi, qui sub regimine Ejus Religionem Socinianismo infectam, Consiliarios Reginæ Arianismo inquinatos fuisse dicunt; tanta hîc Eisdem evidentia refellunt I. Status, & Ordines, dum duas tantum inter Hungaros, Siculos, & Saxones nominant, & statuunt Religiones. Ut adeo Celeberrimum Istvánium, (1) Cl. Georgium Pray, (2) Ill. Carolum Palma (3) ac alios absque documentis contra illa loquutos fuisse palam fiat.

N 3

Cer-

(1) Hist. Lib. XVII. p. 194.

(2) Annal. Tom. V. p. 458. Hist. R. H. P. 3. p. 122.

(3) Not. Rer. Hung. edit. 2^a P. 3. p. 93. 94. & edit. 3^a P. 3. §. XXIV. p. 64.



Certe: aut nominatorum, nunquamque satis celebrandorum Historicorum narratio caret fundamento, aut Articuli Diatales non merentur fidem. Hoc ego nec cogitare quidem audeo. Illud igitur admittere vel invitatus compellor.

§. XLV.

Ex eodem Articulo objectio formatur,
& solvitur.



Articuli XXIXⁿⁱ duas tantum Religiones, *Papisticam* nempe, & *Lutheranam* asserentis vim manifeste infringit (dicet aliquis) ejusdem Articuli conclusio, quæ sic habet: „ Sacramen-
„ tariorum quoque *Seçtam* arceri, & pro judi-
„ cio Ecclesiæ Wittenbergen. proxime sub chy-
„ rographo Philippi Melanchton adducto tolli
„ censet „ quod ipsum Alb. Juliæ Dominica Trinitatis Articulo XXIII confirmatur: docente igitur Articulo per me citato, non duæ, sed tres erant in Transsilvania Religiones (quod sufficit ad elevandam vim argumenti superius formati) *Papistica* nimirum, *Lutherana*, & *Sacramentariorum*.

Vim ineffe illationi haud nego; ast eam, quam ipsa I. Statuum, & Ordinum diversa loquendi ratio elidit, meque contra illam perfecte



ſte ſalvat. Enimvero: dicunt I. Status, & Ordines dari *Religionem* Papifticam, ac Lutheranam in Tranſſilvania, non nominant vero Sacramentariorum profeſſionem *Religionem*, ſed tantum *Seſtā*, volentes perſtringere Martini Kálmánſehi doctrinam anno ſuperiore in hunc Principatum illapſi, qui nondum Eccleſiam Calvinianam formaverat, ſed tantum initia Helveticæ Confeſſionis dederat, quam in herba extirpandam eſſe decernunt quidem I. Status, & Ordines, ſed Petri Melii ſuperavit eloquentia omnem Comitiorum deſtinationem. (1) Habeo expoſitionis hujus fundamentum etiam in Ediſto Ludovici II. §. XXXVI. citato, in quo initia doctrinæ Lutheranæ titulo *Seſtæ* (2) deſignantur.

§. XLVI.

Solidior objectio alia proponitur.

In Comitiis 1544 die 24. Apr. Thordæ celebratis Articulo 3tio hæc leguntur: „ Volfgangus, Georgius, & Nicolaus Bartsai accuſati ſunt, quod Imaginem Crucifixi loro ligatam humi

N 4

humi

(1) Vid. §. XXXII. Hanerum querulantem.


(2) Scriptores Ecclēſtici vocem: *Seſta*, modo generalius, modo ſtriſtius uſurpant. Ego hic cum *Papia* ſumo pro opinione ab aliorum ſententia diverſa.



„ humi ad fluvium usque per puerum trahere
 „ fecissent, ibique aquæ immerfam reportas-
 „ sent, & igni ad excoquendum cibum impo-
 „ fuissent. Itaque constitutum est, ut facta dili-
 „ genti inquisitione, si res sic comperta fuerit,
 „ Rñus Dñus Locumtenens jure mediante pro
 „ magnitudine delicti illos puniat „ atqui hi
 non erant Lutherani, quia illi Imaginem Cruci-
 fixi non oderunt, non execrantur: ergo fue-
 runt aut Calviniani, aut Sociniani. Alterutrum
 admittatur, verum erit jam longe ante annum
 1558 plures fuisse in Transsilvania Religiones
 inter Hungaros, Siculos, & Saxones, quam
 duas.

§. XLVII.

Ad præmissam difficultatem Responsio
 Anonymi.



Clarissimus quidam Vir apud Helveticæ Con-
 fessionis addictos multis titulis laudandus citatos
 superius Imaginis Crucifixi profanatores non fu-
 isse *Calvinianos* hisce probat: „ veri *Calvini-*
 „ *ani* uno mecum ore profitentur: Imaginem
 „ Imperatoris, etsi fragilem, ac ruinofam nun-
 „ quam tamen sine gravi contumelia, & crimi-
 „ ne læsæ Majestatis conculcari & profanari pos-
 se.



se. Fuerunt ergo illi homines furiosi, & vecordes, qualibus omnis Religio abundat: aut fuerunt, quod non immerito conjicitur, Sociniani, nam semina Socinianismi certe, jam ante fatalem illum GEORGIUM BLANDRATAM per *Franciscum Stancarum, Valentium Gentilem, & Thomam* quemdam *Arany* non mediocriter in Hungaria, ac Transsilvania dispergi cæperant, paucis interjectis, sic suam claudit opinionem: „Licet Religio Soci- niana ante Blandratam publice inculcata haud fuerit, inescari tamen ejus feminibus dispersis; potuerunt, clandestino modo, homines superius dicti, jam naturâ ad profanitatem proclives „

§. XLVIII.

Anonymi data Responso examinatur.



Per datam solutionem Cl. Anonymus Bartsaios in Articulo Diætali nominatos sive dum Calvinianos fuisse negat, sive dum Socinianos fuisse conjectat, vim argumenti non elidit. Negationis siquidem suæ eam depromit rationem, quæ pro omni Christiano hunc in modum potest allegari; atqui Bartsaii citati non erant veri Calviniani, nec veri Lutherani, aut veri Sociniani,



ni, quia veri Calviniani, veri Lutherani, veri Sociniani profitentur Imaginem Imperatoris sine gravi contumelia, & crimine læsæ Majestatis profanari non posse: Unde quid aliud sequetur, quam præfatos Imaginis Crucifixi profanatores nullius fuisse Religionis, id est: externe nullam Religionem fuisse professos, quod forte nec Cl Respondens prætendit. Vocabulum igitur *veri* tanto minus solvit difficultatem, quanto certius est, apud Historicos sermonem haud institui de *internis*, quod dicit *veri*, utpote, quæ hominum cognitionem effugiunt, *homo enim videt ea, quæ parent*. (1) Quis negaverit Judam fuisse Apostolum? quin tamen *verus* Apostolus vocari possit.

Redeundum igitur est ad illa tempora, quibus Reformationis opus per Provincias, & Regna initia sumebat, ac incrementa capiebat. Tunc certe tam Lutherani, quam Calviniani si-
ve *veri*, si-ve *ficti*, Zelum suum in profanatione Templorum Romano-Catholicorum vel maxime exeruerunt: quæ profanatio in quo constiterit, percenseat mei loco Cl. *Hermanus Venema* de Reformatione Belgica sermonem instituens (2) „ Motus, inquit, longe vehementio-


(1) 1. Reg. XVI. v. 7.

(2) Hist. Eccl. Christ. Tom. VII. §. 260. p. 261. & 262.



tiores facti sunt in Belgio, & tumultuosa Templorum spoliatio, Imaginum, & Signorum Sacrorum destructio erupit A. 1566. In Templis, & Monasteriis mira facta est desolatio, Cruces, & Imagines per vias ubique destructæ sunt, Sed forte tota hæc Scena approbationem haud meruit a *veris*? imo vero, maximam partem judicarunt Reformati, rem bonam non bono ordine fuisse peractam, ut adeo barbariem Seculi XVI de cujuscunque demum Religionis hominibus instituamus colloquium, defendere cum veritate nec possimus, nec debeamus, ne illud defensionis genus, quod apud *Petrum Juricæum* pro Calvino lego, (1) incurramus; erat hic stylus Scriptoribus illius ævi familiaris; parum ipsis erat vocare canes, asinos, mulos, imo & dæmones quoscunque adversarios suos, non solum diversæ, sed ejusdem etiam Religionis. Id non ignorant, quibus nota sunt seculi præcedentis scripta, Sed videamus jam partem alteram responsionis.

§. XLIX.





§. XLIX.

Secunda pars Responsionis Anonymi
examinatur.

Tres Bartsaios Imaginis Crucifixi profanatores fuisse Socinianos tanto minus possum vel imaginari, quanto id apertius pugnat cum tota mea Dissertatione, cujus unicus principalis scopus est: ostendere, quod ante annum 1563 Religio illa, quæ Trinitatis Mysterium, ac Divinitatem Jesu Christi negat, non fuerit in Transsilvania. Intimius itaque rationes in obversum adductas per Cl. Anonymum cognoscamus.

10 „ Fuerunt, inquit, quod non immerito „ conjicitur, *Sociniani*. „ Ast Historico conjectare præterquam quod nihil liceat, conjectura eo magis aberrat a veritate, quo debilioribus nititur fundamentis, quæ sint autem apud Cl. Anonymum conjecturæ motiva, ex sequentibus patet:

20. „ Nam, ait, femina Socinianismi cer- „ te jam ante GEORGIUM BLANDRATAM „ per Franciscum Stancarum, Valentinum Gen- „ tilem, & Thomam Arany non mediocriter „ in Hungaria, ac Transsilvania dispergi cepe- „ rant „ atqui *Stancarus* nunquam fuit Socini- „ anus, (1) *Valentinus Gentilis* nunquam fuit
in



in Transsilvania, si Sandio credimus, (1) & Budzinio (2) E Polonia enim „ *Gentilis* in Sa-
„ baudiā remeavit, ubi iterum captus - - de-
„ collatur Bernæ a. 1566 „ Thomas *Arany* an-
tequam in Transsilvaniam penetraret, ad sanio-
ra reductus est per Pastores Debrecinenses: (3)
hi itaque per Cl. Anonymum enumerati Viri
semina in Transsilvania spargere non poterant
Socinianismi.

§. L.

Solutio Difficultatis.



Ad propositam ex Articulo Diætali difficulta-
tem dico absque formidine Volfgangum, Georgi-
um, & Nicolaum Bartsaios fuisse *Lutheranos*, seu
deinde *veri*, seu *ficti* fuerint Lutherani. Catho-
licos, seu Papistas non fuisse, inde fit manife-
stum, quod tales exorbitantes, & profanos Ca-
tholicos Martinusius absque omni mandato I.
Statuum, & Ordinum, utpote omnimode sibi
subjectos, fuisset prosequutus.

Lutheranos debuisse esse, dicat Articulus,
quia præter *Papisticam*, & *Lutheranam* Reli-
gio-

(1) Bibl. Antitr. p. 26.

(2) apud Sand. C. 27.

(3) Præfat. in Refut. Thom. Arany.




gionem non erat alia. Nisi forte quis vellet illos modernis illuminatis adnumerare, quibus se oneratam gemit hodie omnis Religio.

Quid cum Imaginibus egerit Caroloſtadius in Germania, ac discipuli ejus in Borussia, ac cum primis Regiomonti in Templo Cathedrali, notius est, quam ut longiori de eo sermone alicui fastidium moveam. Unicum nos in Transilvania exemplum, factum nempe Petri Petrovits hominis Lutherani satis convincere potest, ut asseramus: plures tunc temporis Caroloſtadium habuisse discipulos in profanatione Imaginum Magistrum superantes, quam in illis tolerandis Lutherum sibi adhærentes. (1)

§. LI.

Diffidia Acatholicorum Comitia expolcunt.



Quia vero (inquiunt I. Status, & Ordines Colofvarinum ad Festum B. Martini Episcopi anno 1560 congregati Art. XIII.) „ in Religio-
„ ne inter Ministros Ecclesiarum dissensiones,
„ & variæ disceptationes ortæ sunt, maxime
„ vero super Cæna Domini, unde varia offendi-
cula

(1) Vid. Orat. Schesæi habit. in Synod. BIRTHAL. a. 1580.
8a Maji apud Herman. in Protocol. MS.



cula, & tumultus subnasci animadvertuntur,
ideo ex Clementi annuentia Sacræ Regiæ Ma-
jestatis conclusum est: collationes doctrinarum
in Megyes, & publicam disputationem fieri
in Festo Dorotheæ. Futuræ sunt ibidem certæ
Personæ præsentēs ex Dominis Nobilibus - -
Domini vero Saxones, qui Comitibus intersint,
se quoque certas Personas de medio eorum
delecturos obtulerunt,,

Patet ex hoc Articulo Sacramentariorum,
seu realem præsentiam Corporis, & Sangvinis
Christi in Cæna Domini negantium numerum
in Transsilvania adeo auctum fuisse, ut in con-
gressibus tum illis, qui præsentiam defendebant,
Testes Diætaliter debuerint denominari, quod
diffidium duravit aliquot annis. (1)

Ulteriori diffidio, ait Cl. Benkö, (2) ob-
viam ituri Transsilvaniæ Ordines 1563 Comitia
Thordam indixere ad XVIIIam Maji, Artic-
loque XV. anni 1557 Decretum repetitur, &
firmatur.

Hic illud obiter observandum, quod Cl.
Petrus Bod in Opusculo, cui Tit. *Smirnai Sz.
Polikárpus*, pag. 10. confundat Comitia a. 1564.
Segesvarini habita cum illis, quæ XVIII. Maji
1563 Thordæ sunt celebrata. Articulus siquidem
ille

(1) Parisp. in Miscell. Tigur. p. 147.


(2) Trans. Tom. 2. p. 129.



ille, quem Cl. Vir recitat idiomate Hungarico, pertinet ad Acta Diætæ Segesváriensis pro Festo B. Agnetis 1564 indictæ, ut Articulum XIX. inspicienti patebit, quem illico proferam.

§. LII.

Celebris illa Synodus, cui BLANDRATA
Præses dabitur, Diætaliter
decernitur.



Repetitis I. Statuum, & Ordinum Constitutionibus haud sunt sedatæ contentiones de Cæna Domini inter Ministros Ecclesiarum Hungaricarum ab una, & Saxonicarum ab altera parte ferventes. Unde ad dirimendam tandem hancce tumultuariam controversiam in Comitibus anno 1564 Segesvárinum ad Festum B. Agnetis indictis Articulo XIX. hæc statuuntur:

„ Postremo cum in causa Religionis præ-
„ fertim de Cæna Domini inter Pastores, &
„ Ministros Ecclesiarum Hungaricarum, & Sa-
„ xonicarum non perinde conveniatur - - statu-
„ tum est, ut Pastores, & Ministri Ecclesiarum,
„ & alii pii in Sacris Litteris versati tam Corpo-
„ ris Christi realis in Cæna præsentiae Professores,
„ quam etiam hi, qui *Sacramentarii* vocantur,
„ & Cænam pro Signo tantum asseverant, decima
quin-




„ quinta die, ab eo die, quo Sacra Regia Ma-
 „ jestas Albam Juliam Deo Duce pervenerit,
 „ computando, ad Oppidum Enyed convenire,
 „ quo alii quoque pii, & præstantes Viri libere
 „ venire poterunt. Majestas quoque Sacra Regia
 „ unum aliquem ex Dominis Consiliariis suis in
 „ persona sua Regia illuc mittere dignabitur,
 „ qui autoritate Majestatis suæ Partes dissiden-
 „ tes ab omnibus jurgiis, contumelijs, & blas-
 „ phemijs cohibebit; coram quibus prænomina-
 „ ti Pastores ex sincero Dei verbo, Zelô Chri-
 „ stianô disputare, conferre, veritatem in lu-
 „ cem proferre debebunt.

Recensuimus hætenus B. L. Articulos o-
 mnes in negotio Religionis Diætales, qui, cum
 de Religione Unitaria nullam omnino faciant
 mentionem, certos nos reddunt de eo, quod
 Antitrinitariorum, seu Unitariorum Religio non
 tantum progressum non habuerit in Transsilva-
 nia ante annum 1563, sed & ortu caruerit.

§. LIII.

Gressus Dissertationis ad functiones GEORGII BLANDRATÆ.




Superavi jam Deo Duce annum illum, quô
 GEORGIUM BLANDRATAM e Polonia in
 O Trans-



Transsilvaniam ad Aulam Joannis Secundi vocatum, secundo venisse ostendi: Dissertatione enim mea eluctatus sum ad annum usque 1564^{tum}, ante quem a temporibus S. Stephani inter Hungaros, Siculos, & Saxones nullos fuisse Arianos, Socinianos, Antitrinitarios seu Unitarios demonstravi, inter reliqua, Actis Synodalibus Lutheranorum, & Articulis Diætalibus I. Status, & Ordinum. Modo cum Synodus Enyedienfis virtute Articuli XIX debeat inchoari, lubet de ea uberius colloqui.

§. LIV.

BLANDRATA fit Præses Synodi Enyedienfis.



Synodum Generalem per I. Status, & Ordines ad dirimendam controversiam de Cæna Dominica multis annis ferventem Enyedinum indictam, (1) volens Joannes Secundus ad dictamen Articuli XIX Personali suo condecorare, GEORGIUM BLANDRATAM sequentibus instructum litteris Regiis Alba Julia expedit:

„ Joannes II. Dei gratiâ electus Rex Hungariæ &c. Fidelibus Nostris Reverendis, Hono-

no-

(1) Haner p. 273. minus sincere: *Princeps indicbat.* Schmeizel p. 55. perinde.



„norabilibus, Superintendenti, (1) Decanis,
„Pastoribus, & universis Ministris Ecclesiarum
„Hungaricarum (2) in præsentì Synodo E-
„nyediensi constitutis, Salutem, & favorem!

„Delegavimus ad præsentem Synodum cum
„pleno mandato, & Authoritate Nostra hunc
„præsentem Nostrum Excellentem GEORGI-
„UM BLANDRATAM Doctorem Nostrum
„Physicum, Virum gravem, eruditum, & in
„Sacris litteris non mediocriter versatum, ut
„colloquiis, & differentiis vestris de Cænâ Do-
„mini conciliandis interfit, & universas rixas,
„inciviles tumultus, ac dissensiones in ipsa Sy-
„nodo pro viribus sedare, & compescere stu-
„deat. -- Mandamus igitur fidelitatibus vestris,
„ut ipsum GEORGIUM BLANDRATAM ho-
„norifice in colloquium excipere, & pro Per-
„sona in hac functione a Nobis deputata habe-
„re, recognoscere, & acceptare debeatis, si-
„mul etiam hortantes benevole, ut collatis mu-
„tuis sententiis, veram, & optatam unionem
„atque pacem in hac Cænæ Domini controver-

O 2

fia

(1) Patet hinc, e tribus illis Superintendentibus, quorum
Petr. Bod in Policarp. p. 13. meminit, tantum Heble-
rum fuisse independentem, ac duos alios eidem subordin-
atos.

(2) Ecclesiæ Hung. Heblero erant adhuc subordinatæ, &
ideo Rex facit mentionem tantum Ministrorum, non
Superintendentis.



„ sia complectamini. Bene valete. Datæ in Ci-
 „ vitate Nostra Alba Julia Dominica *Quasi mo-*
 „ *do geniti.* anno 1564. Joannes Rex electus. „
 (1)

Cl. Katona hanc BLANDRATÆ deputatio-
 nem referens, hæc subjungit : (2) „ Frustra
 „ hæc pax extra viam, a Sanctissimis Majori-
 „ bus nostris tritam, sperabatur; postquam a
 „ centro veritatis utrique discesserunt. Siquis
 „ jam hoc Synedrion, cujus Præses Medicus e-
 „ rat, cum Sacrosancta Synodo Tridentina --
 „ contendere velit, quid concludendum sit, sa-
 „ na ratio dictat. Nec ullis (f. *aliis*) argumen-
 „ tis opus est ad rectam conclusionem facien-
 „ dam, quam ut mens præjudicia, voluntas re-
 „ spectum, ac metum hominum ponat „

§. LV.

BLANDRATA quâ Præses quomodo
 se gesserit ?



GEORGIUM BLANDRATAM ab Isabella in-
 tuitu pecuniæ per Ferdinandum I. pactatæ, ab-
 legatum esse ad Eundem, imo & Posonium mis-
 sum per Joannem Sigismundum jam alias me-
 mi-

(1) Haner H. E. Lib. 4. p. 274. & seqq.

(2) Hist. Crit. Tom. XXIII. p. 830.



mini : ast in negotio Religionis hac occasione primò prodivit in lucem, non quasi ipsemet BLANDRATA cum alterutra partium dissidentium dimicasset, atque aut opponentis, aut defendentis munus obiisset, sed velut Præses Synodi convocatæ rixas, inciviles tumultus, ac dissensiones pro viribus ut sedaret, ac compe-
scret.

Ne autem alterutra pars litigantium ob doctrinæ identitatem exciperet, procul dubio finxit se Romano-Catholicum, aut, pace mea nulli Religioni addictum. „ Detestabiles enim de Sacra Triade opiniones BLANDRATÆ nemini hucusque innotuerant „ ait Haner. (1) „ Prodigiosas Itali illius (BLANDRATÆ) opinion-
es de Sacra Triade nulli nostratum sciebant „ inquit Schesæus, (2)

Diploma Regium duo urgebat. Alterum: ut post mutuam collationem doctrinæ, conveniant partes. Vel, si id fieri non posset, utrique parti, id est: & Reformatis seu Calvinianis (tunc dictis *Sacramentariis*) & Lutheranis *Superintendens* præficiatur, alterum. Illo non sequuto, pace gratis tentata, hoc est effectui mancipatum; dato, aut verius, autoritate publica *declarato* (quia jam anno 1563 erat *Superinten-*

(1) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 273. & 274.

(2) apud Herman. in Protoc. MS. p. 64.



tendens, ut Donationales testantur) in Superintendentem Calvinianis Dionysio Alesio, Ministro Aulico Joannis Secundi. (1) Franciscus enim David erat Superintendens Hungarorum Lutheranorum, ut patet ex subscriptione ejus apud Cl. Bod. (2)

§. LVI.

Nihil hactenus de Unitariis.

Excussis scriniis documentorum, nullum hactenus offendi vestigium *Unitariæ* Religionis in Transsilvania. Joannes siquidem Secundus (cujus Aulam Scriptores Romano-Catholici jam ante hæc tempora traducunt, ut *Arianam*) post mortem Isabellæ factus est *Lutheranus*, (3) procul dubio non *Socinianismo* relicto, sed Romano-Catholicismo abjecto. Paulopost transiit ad *Calvinianos*; (4) ejus enim fuit Religionis, quali Ministro utebatur; usum autem fuisse *Dionysio Alesio* Calviniano, fide historica (5) certum est: ergo ne quidem anno 1564 erat

(1) Benkő Trans. Tom. 2. p. 172. Bod. Sz. Polikárp p. 17. N. 5.

(2) ibid. p. 10.

(3) Katon. Tom. XXIV. p. 117. Haner p. 279.

(4) Ibidem loc. cit. Bod. l. supr. cit.

(5) Benkő & Bod. loc. cit.



erat *Unitarius* Joannes Secundus, taceo præcedentibus annis.

§. LVII.

Id ipsum probatur autoritate interna,
& domestica.



Cl. Michael Kozma de Familiis Religionem Unitariam Seculo XVI ornantibus ita scribit: (1)
„ Seculo itaque XVI. occurrit primus Joannes II.
„ - - quod Religionem Joannis Sigismundi attri-
„ net - - id notandum, quod prout Pater ejus
„ Joannes I. ita & Mater Isabella in Romano-
„ Catholica Religione sunt nati, similiter & Jo-
„ annes Sigismundus - - De Joanne Sigismundo
„ Franciscus Fasching Jesuita in quodam ope-
„ re (2) scribit: *Joannes Sigismundus Prin-*
„ *ceps Transsilvaniæ ex Catholico Luthera-*
„ *nus deinde Arianus factus.* Haner habet:
„ (3) *Saxones miserandam Principis sortem*
„ *lugebant quod abjuravit Lutheranam Reli-*
„ *gionem.* Annum non annotat, ait ulterius
„ Cl. Senior, quô id factum est, sed constat pro
cer-

(1) Hist. MS. Lib. 1. C. XIII. p. 595. & seqq.

(2) Nova Dacia p. 126.

(3) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 279.



„ certo post Provincialem Synodum Enyedini
 „ 1564 habitam abjurasse Religionem *Luthera-*
 „ *nam* & primum quidem in *Articulo de Cœna*
 „ *Domini* Consubstantiationem negando, ab an-
 „ no vero 1566 post disputationem Albæ Julæ
 „ XXIV Februarii & seqq. coram Serenissimo
 „ Joanne II habitam cæpit - - non *Arianus*, sed
 „ *Unius Dei*, qui est Pater Domini nostri *JESU*
 „ Christi, cultor fieri, etsi *nondum palam*, sed
 „ anno 1567 *publice* „ ergo, teste Cl. Histori-
 „ co Unitario Michaelæ Kozma, ante annum 1566
 „ ne quidem *occulte* fuit Unitarius Joannes Sigis-
 „ mundus, utpote, qui ab anno 1566 cæpit Cul-
 „ tor fieri Unius Dei Patris, & quidem *nondum*
 „ *palam*. Imo nec occulte, ait enim Cl. Kozma
 „ (1) „ Rex doctrinam, quam Medicus habuit,
 „ ante annum 1567 non admisit „

Porro: docente eodem Cl. Scriptore (2)
 „ anno 1560 præter *Catholicam*, & *Luthera-*
 „ *nam* Religionem tertia se exeruit Religio „
 „ hæc fuit vel *Calviniana*, vel *Unitaria*. Unitaria-
 „ riam non fuisse fatetur Cl. Kozma dum ait: Re-
 „ ligionem illam semet exeruisse *non ratione Tri-*
 „ *nitatis*, & *Unitatis Divinæ*, sed ratione *Con-*
 „ *substantiationis*: igitur fuit Religio *Calviniana*.
 „ An-

(1) Hist. MS. Lib. 1. C. XIII. p. 623.

(2) - - - - C. I. Sect. 3. p. 101.



„ Anno 1561, pergit Cl. Senior, ad 6. Fe-
„ bruarii jussu Serenissimi Regis Joannis II. in
„ Urbe Medjes colloquium redintegratur, & di-
„ sputatio *de Cæna Domini* instituitur inter Fran-
„ ciscum Davidis ac Calvinii, & Lutheri seque-
„ ces, sed nec Regis jussu potuerunt dissentien-
„ tes uniri, potius ex Lutheranis quoque mul-
„ ti, uti & Siculis, ac Hungaris in Calvinii ca-
„ stra transierunt „ Ubi adhuc Religio Unitaria?

„ Cum valde multiplicati fuissent, qui dis-
„ sentiebant ab Ecclesiis Saxonis in *Articulo*
„ *de Cæna Domini*: Anno 1563 28a Maji Tor-
„ dam Comiticia indicuntur, ubi inter alia De-
„ cretum anni 1557 in Religionis negotio a Re-
„ gni Ordinibus repetitur, & firmatur „ Quid
in his Comititiis de Religione Unitaria?

Anno 1564 „ Rex audiens, inquit Cl. Koz-
„ ma, Procerum querelas - - Generalem, vel
„ Provincialem Synodum indicit Enyedinum,
„ quo Rex GEORGIUM BLANDRATAM Do-
„ ctorem suum Physicum cum plena auctorita-
„ te mittit, Synodumque commonefacit de du-
„ obus Superintendentibus ex utraque Natione,
„ Saxonica, & Hungarica habendis, quorum
„ alter præffet Lutheranis, alter dissentienti-
„ bus in doctrina *de Cæna Domini* „ id est:
„ Calvinianis, hi enim dissentiebant a Lutheranis
in Synodo Enyediensi, ut lippis, & tonsoribus
no-



notum, Ubi mentio ad hanc usque Synodum Religionis Unitariæ?

„ Juxta mandatum Regis, pergit Cl. Historicus, vel in hac Synodo, vel cito post hanc Synodum a parte Ecclesiarum Hungaricarum Superintendens est electus, & constitutus, & quidem *Franciscus Davidis*, non Unitariarum adhuc, sed omnium Ecclesiarum Hungaricæ Nationis. Vel, si placet, illarum Ecclesiarum, quæ *transubstantiationem* Catholicorum, & *Consubstantiationem* Lutheranorum negabant, qui procul dubio erant *Calviniani*, & non Unitarii.

Tandem concludit Cl. Senior Unitarius narrationem suam N. 5. his verbis: „ In omnibus Synodis, & disputationibus prænotatis nulla fuit mentio *Trinitatis*, vel *Unitatis* Divinæ, sed sequentibus annis cæperunt de Trinitate, & Unitate Dei disputationes variæ haberi, & qui Unitatem Dei tam in Persona, quam essentia defenderunt, cæperunt Unitarii, vel Antitritarii denominari, aut etiam Ariani „

Quid his clarius potest excitari in confirmationem illius asserti, quod usque ad annum 1564 non fuerit in Transsilvania Religio Unitaria?

§. LVIII.





§. LVIII.

Cl. Kozma emendatur.

Non obstante eo, quod Cl. Historicus Unitarius tam splendida perhibuerit veritati testimonia, agens tamen *de Religionis Unitariæ inter receptas in Transsilvania Religiones annumeratione* (1) ait: „Ordinem nativum quatuor „Religiones in Transsilvania receptæ hunc tenent: Primogenita est Lutherano-Augustana. „Secundogenita Unitaria. Tertiogenita Calviniano-Reformata. Ultimo recepta Romano-Catholica: puta a reformatione, namque penne expiraverat. Lucem primam in his fenerabitur Extractus Articulorum in Comitibus Regni Transsilvaniæ - - conditorum. Unde sequentia sunt excerpta.

„Anno 1564 Dominica 1. Trinitatis, *Duæ solum Religiones Colosvariensis, & Cibiniensis erant receptæ*. nempe Unitaria, & Lutherana, æquali tamen libertate. Per *Cibiniensem & Colosvariensem* Religionem debet omnium illarum Ecclesiarum Religio intelligi, quæ doctrinam earundem Urbium (quæ erant Metropoles) tenebant *Cibiniensis* dicitur, quia Lutheri doctrinæ præcipue in Articulo
de

(1) Hist. MS. Lib. 1. C. VII. p. 183.




„ de Cæna Domini quatenus præsentiam Cor-
 „ poris, & Sangvinis Christi in Cæna Domini
 „ assererebant, Cibinii cæpit primum personare.
 „ Ut contrariam sententiam tenentium Religio
 „ Claudiopoli „

Quis non videat hic Cl. Seniore tam a
 veritate historica, quàm a proposito sibi scopo
 longe aberrare. Ab illa quidem tunc, dum dicit
 Religionem *Unitariam*, & *Secundogenitam*, &
 anno 1564 existentem, & Religionem *Colosva-
 riensem* non aliam, quam *Unitariam* fuisse. Ab
 hoc vero tunc, dum de *receptione* Religionum
 agere obstrictus, de nativitate earum sollicitatur.

Ne autem singulis fere in §phis Cl. Histo-
 rici Unitarii hæc sphalmata meam excitare per-
 gant vigilantiam, nexus narrationis meæ de an-
 no 1564 exigit, ut illico laudatum Cl. Scripto-
 rem uberius perstringam.

§. LIX.

Cl. Michael Kozma dicit Religionem U-
 nitariam *Secundogenitam*, hocque asseren-
 do vehementer aberrat a veritate
 Historica, imo & a seipso.



Dum §pho præcedente Cl. Scriptor eum in
 Religionibus receptis dicit ordinem *nativum*,
 ut



ut Religioni Unitariæ *Secundogenituræ* locum tribuat, hanc ante Calviniano-Reformatam debuisse initia habere in Transsilvania tanto clarius asserit, quanto apertioribus verbis affirmat Calviniano-Reformatam Religionem *tertiogenitam* esse in hoc Principatu.

Quid quod sermonem instituens de membris Ecclesiæ Unitariorum, identidem asserat Claudiopolitanos a doctrina Lutheri ad professionem Unius Dei Patris transiisse: quæ fundamenta per Cl. Seniores posita hocce evidens recipiunt argumentum:

Religio Unitaria nata est ante Calvinianam in Transsilvania, quia hæc est *tertiogenita*, illa autem *Secundogenita*; ast Calviniana nata est in Transsilvania anno 1557: igitur Religio Unitaria ibidem nata est ante annum 1557. Quæ illatione quid adversum magis esse potest toti huic Dissertationi? Unde primam argumenti propositionem, quæ apud Logicos major audit, a veritate historica, imo ipsum Cl. Scriptorem a se aberrare, ut evincam, est necesse.

Veritatem Historicam documenta publica omni exceptione majora fundant: jam autem talia sunt Acta Synodalia Ecclesiarum Lutheranarum, item Diætalia superius aliquot §phis pro eo citata, quod Calvinii placita admittentes, ac signanter Lutheranorum *Consubstantiationem*
ne-



negantes, cum Lutheranis disputaverint, quod Synodi Lutheranae tales excommunicaverint, a consortio suo excluſerint, pro Fratribus amplius non agnoverint. Sub Isabella anno 1558 I. Status, & Ordines haud tolerandos statuerint, multiplicatis tamen ſenſim ſenſim, Synodum Generalem decreverint, atque Lutheranos, ac Calvinianos in Synodo Enyedienſi commiſerint, nulla hucdum facta mentione Religionis Unitariae: quibus quid aliud docetur: quam Religionem Calviniano-Reformatam jam tunc in Trauſſilvania extitiſſe, dum Unitariae ne quidem mentio ulla occurrit: ut adeo, qui huic *Secundo genituram* tribuit, non aliud faciat, quam aperte cum veritate hiſtorica pugnet. Hoc attentando, ſe ipſum refellat.

a. Enimvero: docente Cl. Hiſtorico Unitario (1) „Primordio reformationis in Trauſſilvania omnes illi, qui a Catholicis ad Lutheranos tranſierant, *conſubſtantiationem* in Cæna „Domini - - uſque annum Chriſti 1556. tene-
runt. Tandem a. 1557 Martinus Kálmánſſehi-
veniens in Trauſſilvaniam *tranſubſtantiationem* Catholicorum, & *conſubſtantiationem* Lutheranorum in dubium cepit vocare - - cepit juxta Calvini doctrinam docere, ac Eccleſias re-



reformare, prout hodiedum Reformati senti-
unt, ac docent. Martino Kálmáncsehi se ad-
junxerunt Ludovicus Szegedinus, Laurentius
Perek, Valentinus Cryspus, (Fodor) ali-
que, qui se Calvinianos cæperunt profiteri,
& Calvini dogmata defendere: igitur a se
ipso recedit, seque ipsum refellit tunc Cl. Scri-
ptor, dum docet Lutheranos immediate non
Calvinianos, sed Unius Dei Patris cultores ef-
fectos esse.

b. (1) „ Anno 1558, pergît ulterius, 1a
„ Maji Thordæ - - Franciscus Davidis acerrime
„ disputavit contra Calvini affeclas, præcipue
„ contra Martinum Kálmáncsehi „ igitur Religio
Calviniano-Reformata erat, antequam Franci-
scus Davidis Unitariam disseminare incæpisset,
quia hîc ut *Lutheranus* disputavit cum *Calvi-
nians*.

c. „ Petrus Melius - - doctrinam Calvini cæ-
„ pit magno Zelo urgere, & in Transsilvaniam
„ veniens, magnam partem Nobilium, majo-
„ rem vero Hungarorum, atque Siculorum nu-
„ merum allexit, Calvini dogmate imbuit, imo
„ primùm tantum non omnes in Calvinianorum
„ castra traxit, & traduxit. Adhuc (*quod be-
„ ne notandum*) Franciscus Davidis cum Mi-
„ nistris Saxonicarum Ecclesiarum *consubstanti-
atio-*



„ *ationem* - - una cum illis tuebatur „ ergo
Francisco Davidis adhuc Lutherano existente,
jam erant castra Calvinianorum.

d. (1) „ Quid fit? „ quærit admirabundus
Cl. Scriptor Unitarius „ Franciscus Davidis - - post
„ sæpius factas disputationes cæpit nutare (ut
„ ex ipsius scriptis patet) ac in Cæna Domini
„ *consubstantiationem* (quam hætenus tueba-
„ tur) in dubium vocare, juxta Calvinii placi-
„ ta sentire, quod advertentes Calvinistæ, eum
„ utrisque manibus cæperunt excipere „ igitur
Franciscus Davidis, antequam fuisset Unius Dei
Patris cultor, factus est *Calvinista*.

e. (2) „ Circa hæc tempora (1599) cæpe-
„ runt Franciscus Davidis, Caspar Heltus, alii-
„ que homodoxi, *præcipue Ministri Claudio-*
„ *politani* a Lutheranis valedicendo, *Helveticis*
„ *Ecclesiis* adhærere - - non in Trinitatis nego-
„ tio, nulla enim adhuc de ea mota erat con-
„ troversia „ in Transsilvania: „ igitur Helveti-
„ cis Ecclesiis existentibus in Transsilvania, &
„ præcipue Ministris Claudiopolitanis adhæren-
„ tibus Calvino de Religione Unitaria altum ibi-
„ dem erat silentium.

f. (3) „ Anno 1560 - - præter *Catholicam*
„ & *Lutheranam* Religionem - - tertia incæpit
„ se-

(1) Loc. cit. p. 98.

(2) - - - p. 99.

(3) - - - p. 101.



„ se exerere Religio, sed necdum ratione Tri-
„ nitatis, & Unitatis Divinæ: „ ergo illa, quæ
se exeruit postea ratione Trinitatis, & Unitatis
Divinæ, erat *quarta*: adeoque non *Secundo*,
sed *tertiogenita*.

g. „ Iterum 1561 - - ex Lutheranis multi,
„ ut & Siculi, ac Hungari in Calvinii castra
„ transierunt: „ igitur non in castra Unitario-
rum.

h. „ Sic jam cum per aliquot annos valde
„ multiplicati fuissent, qui dissentiebant ab Ec-
„ clesiis Saxonis in Articulo *de Cæna Domini*,
„ anno 1563 Thordam Comitibus indicuntur „ igi-
tur certum est, inde ab anno 1557 usque annum
1563 Religioni Unitariæ non tantum præexistis-
se Calvinianos, sed fatente Cl. Scriptore Unitario
valde fuisse multiplicatos.

i. (1) „ Ministri, ait Cl. Senior, describunt
„ - - quomodo Christus suam restauret Eccle-
„ siam, & quomodo sententiam suam in nego-
„ tio Religionis sæpius mutaverint (*bene notan-*
„ *dum*) primò ex Catholicismo transierunt ad
„ Lutheranorum Religionem (*ergo hæc Primo-*
„ *genita in reformatione*) deinde Helveticæ
„ Confessioni se addixerunt (*hæc Secundogeni-*
„ *ta*) postmodum videntes meliorem reforma-
„ tionem, sententiam de Unitate Dei sunt am-

P

ple-



„plexi „ergo hæc, id est: *Religio Unitaria*
fuit *tertiogenita*, docente Cl. Kozma.

k. (1) „Certe magnum, & singulare Dei
„donum fuit in Francisco Davidis, qui licet ali-
„quot vicibus suam sententiam mutaverit, cum
„ex Catholico Lutheranus, ex Lutherano Cal-
„vinianus est factus, semper adhuc *Trinitari-*
„*us*: Ultimo tamen cum veritatem de uno Deo
„agnoscens tenebris sepultam excitavit, in lu-
„cem produxit, multa docendo, scribendoque
„toti mundo eam manifestavit ab anno 1566,
potestne his clarioribus verbis assertum Cl. Scri-
ptoris refelli, atque ad evidentiam ostendi Re-
ligionem Calvinianam Unitariæ in Transsilvania
præextitisse, ac hanc usque ad annum 1566 nec
initia *palam* habuisse. Sique Cl. Michaellem Koz-
ma sibimetipsi contradicere?

l. (2) „Ratione fidei Articulorum senten-
„tiam toties mutarunt (Reformatores Unitarii)
„primum Lutheranis adhærentes, dein Helve-
„ticæ Confessioni se addicentes, postmodum
„meliorem reformationem amplectendo, Uni-
„tatem Dei in Persona profitentes „ergo me-
lior illa reformatio ex omnibus Reformatis Re-
ligionibus eousque existentibus erat ultima, a-
deoque post Calvinianam nata.

m. Clau-

(1) Hist. MS. Lib. 1. C. VIII. p. 212.


(2) Cap. IX. Sect. 2 p. 439.



m. Claudamus, opinione nostra longiorem hunc Sphum, Epochailla, quam Cl. Senior tradit de celebri Viro Caspare Helto in hunc modum: (1) Caspar Heltus „ ante annum 1540 „ uti a Parentibus Romano - Catholicis educatus, eorum Religionem studuit, docuitque. „ Ab anno 1540 usque annum 1556 reformatio- nem Lutheri admisit. Ab anno 1556 usque 1568 „ in doctrina de Cæna Domini cum Calvinio „ sensit. Ab anno 1568 usque annum 1575 se- „ ptennio vnum verum illum DEum Patrem „ per Mediatorem JESum Christum coluit „ Igi- tur erant *Calviniani* Claudiopoli usque annum 1568. Adeoque Lutherani Claudiopolitani im- mediate non *Unitarii* facti.

§. LX.

Religionem Unitariam existisse in Trans- silvania Anno 1564; Cl. Michael Kozma contra veritatem historicam, & seipsum docet.



De existentia Religionis Unitariæ anno 1564 apertis verbis agit Cl. Scriptor, dum ait: (2) „ Anno 1564 Dominica prima Trinitatis duæ
P 2 „ so-

(1) Lib. I. C. XI. Sect. 2. p. 524.

(2) Lib. I. C. VII. p. 183.



„ solum Religiones erant receptæ, nempe *Unitaria*, & *Lutherana*. „ Recipi siquidem ante, quam existeret, non potuit; atque ideo Religionis cujusdam *receptio*, existentiam ejus supponit necessario.

Jam autem ex omnibus Actis Synodalibus, & Diætalibus superius sat longo ordine citatis patet, usque ad Synodum Generalem Enyedini 1564 celebratam Religionem præmentionatam in Transsilvania haud existisse; in Synodo vero disputationem inter *Lutheranos*, ac *Calvinianos* exarsisse, neque finita hac Synodo annò mentionatò quidquam ratione *Trinitatis*, ac Unitatis Divinæ actum fuisse; & sic Articulo Diætali glossam hanc: *nempe Unitaria, & Lutherana*, perperam addi, imo manifeste Cl. Senioreni secum ipso, illam allegando, pugnare.

Nam: ille ipse, qui Religionem *Unitariam* incæpit in Transsilvania propagare, docente Cl. Kozma, anno 1564 non erat *Unitarius*, ait enim: (1) „ Id vero manifeste patet, quod „ *Franciscus Davidis* tunc temporis (scilicet „ 1566) fuit *Superintendens*, sed non *Unitariorum*, sic (deinde) *nominatorum*, verum „ omnium Ecclesiarum Hungaricæ Nationis, quæ „ adhuc in Divinitate *Trinitatem* credebant „ item:



item: (1) „Magnum, & singulare DEi donum
 „fuit in Francisco Davidis, qui - - veritatem
 „de uno DEo agnoscens, - - toti mundo eam
 „manifestavit ab anno 1566: „ergo anno 1564
 hac de doctrina, adeoque de Religione *Unitaria*
 palam non constabat.

De BLANDRATA, quid scribat Cl. Historicus, audiamus, (2) „Blandrata, inquit - -
 „ex abrupto non statim se prodidit, sed sensim,
 „sensimque quosdam allexit, & demum
 „anno 1567 *publice* cum aliis sibi homodoxis significavit,
 „quid in *recessibus animorum suorum* habuerint
 „item: (3) „quia vero videbat BLANDRATA, quod jam Regio Trans-
 „silvanica alba esset ad messem - - ex annuentia
 „Regis Albam Juliam anno 1566 ad XXIV Februarii
 „Synodum indici curat, ubi cepit disputatio fieri de
 „*Trinitate & Unitate DEi*. (Ecce nunc incipit oriri instar
 „auroræ in Transilvania Religio Unitaria) „ergo ante annum
 1566 ne quidem orta erat, taceo Diætaliter recepta.

De utroque Reformatore Unitario hæc habet: (4) „Certo constat, quod memorato an-

P 3

„ 110

(1) Hist. MS. Lib. 1. C. VIII. p. 212.

(1) - - - - C. II. p. 112.

(3) ibidem.

(4) ibidem p. 118.



„ no 1567 GEORGIUS BLANDRATA, & Fran-
 „ ciscus Davidis de uno DEo Patre, ejus Filio,
 „ & Spiritu Sancto juxta Scripturæ Sacræ teno-
 „ rem sententiam suam cæperunt publice enar-
 „ rare, explicare, & quid sentiant, mundo de-
 „ clarare „ item: (1) „ Hinc quoque patet
 „ circa annum 1566, & 1567 motam fuisse con-
 „ troversiam in Transsilvania de *Trinitate* „
 Hæc, & similia passim in Historia Cl. Scriptoris
 occurrentia, quomodo cohæreant cum illa E-
 jusdem assertione, quod Religio *Unitaria* anno
 1564 fuerit *recepta*? Viderint veritatis aman-
 tes.

Sed dicet forte Cl. Scriptor: Appr. Const.
 P. 1. T. 1. A. 2. dum sermo est de 4. receptis
 in Transsilvania Religionibus, in marginali ci-
 tatione accuratè mentio est anni 1564; atqui
 huic anno, quoad *receptionem*, è 4. Religioni-
 bus, alia correspondere nequit, quàm *Luthera-
 na*, & *Unitaria*: igitur non tantum historicè,
 sed & legaliter certum est, Religionem Unitari-
 am anno 1564 in Transsilvania exstitisse.

Liceat hîc mihi cum S. Augustino dicere:
*Argumentum est perlucens vanitate, sed fran-
 gitur veritate.* Atque cumprimis ipsemet Cl.
 Historicus solvendum habet. Juxta textus enim
 Ejus citatos certum est Religionem *Unitariam*


an-



ante annum 1566 in Transsilvania non existisse, nisi quis GEORGIUM BLANDRATAM solum, semina Religionis Unitariæ continentem, Cætum Unitarium, Ecclesiam, & Religionem Unitariam ridicule magis, quam serio, nominare velit, aut ad divinationes illas recurrere placeat, quas apud Cl. Kozma in hæc verba lego: (1) „ Id quoque probabiliter concludi potest, quod Franciscus Davidis doctrinam Unitariam a GEORGIO BLANDRATA primo primum non hauserit „ Non expectato interim Cl. Adversarii responso, solvamus propositam difficultatem Spho sequente.

§. LXI.

Num Religio *Colosváriensis* ad sensum Cl. Michaelis Kozma sit *Unitaria*?



Per quem *extractus* ille Articulorum in Comitibus Regni Transsilvaniæ de Religiosis, & Bonis Ecclesiasticis conditorum, cujus autoritate utitur Cl. Historicus, sit consarcinatus, cujusque approbationis? præsentem ipso fonte, Articulis quippe Diætalibus anno 1564 Thordæ primo die Dominico proximo post Festum Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis conditis, examinare, tanto



minus volo, quanto evidentius est, illum cum vero, ac genuino Articulo VIII Diætali pugna-
re.

Diætalis siquidem Articulus agit de duabus Religionibus illis, quæ de *Cæna Dominica* non conveniebant, & inter quas variæ disputationes, dissensiones, contentiones hucusque erant; (ut insipienti patebit) has autem *Lutheranam* & *Calvinianam* fuisse, qui negaverit, non refutari, sed omnium omnino documentorum domesticorum ignarus, & expers (ne plus aliquid dicam) debet pronunciari.

Calebant namque adhuc parietes Basilicæ N. Enyediensis fervore illo disputationis, quo *Calviniani* duce Francisco Davidis, ac *Lutherani*, animante Mathia Hebler, inter se dimicant, dum hic Articulus Thordæ condēbatur.

Sed audiat quoad quæstionatam Religionem *Colosváriensem*, contra seipsum Cl. Kozma: (1) „ *Cibiniensis* dicitur, inquit, quia „ Lutheri doctrina præcipue in Articulo de *Cæna domini* - - *Cibinii* capit primum personam re: ut contrariam sententiam tuentium Religio *Claudiopoli* „ atqui Lutheranis contrariam sententiam de *Cæna Domini* tuebantur *Calviniani*: igitur Religio *Colosváriensis*, seu *Claudiopolitana* in sensu opposito ad *Lutheranam* est *Calvinianorum*.

Por-



Porro: teste Cl. Kozma; Illa Religio est *Colosváriensis*, quæ est recepta anno 1564 cum *Cibiniensi*; atqui Religio *Calviniana*, & non *Unitaria* est recepta: igitur Religio *Colosváriensis* est *Calviniana*: & non *Unitaria*. *Calvinianam* esse receptam cum *Cibiniensi*, ex Eodem Cl. Scriptore sic doceo: Illæ Religiones sunt anno 1564 receptæ, quarum Ministri ab anno 1559 *de Cæna Domini* irritò eventu disputabant; (1) jam vero has fuisse *Lutheranam* & *Calvinianam* vel id satis evincit, quod ante annum 1563 ne *Seminator* quidem *Unitariæ* Religionis adfuerit in *Transsilvania*: (2) igitur *Calviniana*, & non *Unitaria* Religio est recepta cum *Lutherana*.

Anno 1564, ait Cl. Kozma (3) „ ad initium Aprilis Generalis Synodus indicitur E-
nyedinum ad sollicitationem Procerum pro di-
rimenda controversia *de Cæna Domini*, quo
Rex BLANDRATAM plena auctoritate mi-
fit, ut dissentientes *de Cæna Domini* concili-
aret, si vero non posset, diversos haberent
Superintendentes Ecclesiæ *Saxonicæ*, ab Ec-
clesiis *Hungaricis*, quæ præsentiam Corporis,
& Sanguinis Christi in Cæna negabant „ qui
Articulus Cl. Scriptoris hoc mihi præbet argu-
men-

(1) Lib. I. C. VII. p. 183.

(2) ibid. C. VIII. p. 233.

(3) ibid. C. VII. p. 184.



mentum: Illæ Religiones sunt receptæ año 1564, quæ sub præsidio BLANDRATÆ Enyedini dissentiebant de Cæna Domini, & quas, jussu Regis conciliatum venerat BLANDRATA; has autem fuisse *Lutheranam* & *Calvinianam* patet, tum quia Religio *Unitaria* nunquam publicam habuit *disputationem* cum Lutheranis de Cæna Domini in Transsylvania; tum quia: Rex nunquam misit BLANDRATAM ad conciliandam Religionem *Unitariam* Enyedini cum *Luthera-*
na.

Denique: „ Post hanc Synodum, scribit „ *Cl. Senior*, eodem anno (1564) post Pentecosten fuerunt celebrata Comitia Regni (Tordæ) in quibus Proceres Regni adversantes utriusque sententiæ assertores (*Lutheranos* nempe, & *Calvinistas*) in sua sententia pertinaciter perseverare: rationibus utriusque partis pensitatis, ut omnes dissensiones tollerentur in Articulo de Cæna Domini utraque Religiones (quæ procul dubio de Cæna Domini disputantes, *Lutherana* nimirum & *Calviniana*) non tantum pro toleratis, sed pro receptis sunt habitæ „ (1)

Ecce Vir Clarissime, hic abunde satisfactum puto illi desiderio, quod, de Religionis Calviniano-Reformatæ receptione agens, hisce
ver-




verbis aperuisti: (1) „ Siquis publicam ejus-
 „ dem Religionis receptionem supra hunc añum
 „ (1588) demonstrare potest, libenter ab eo
 „ discemus „ Certum enim est ex præmissis,
 Religionem *Colosváriensem* non aliam, quam
Calvinianam fuisse, hancque anno 1564 juxta
 citationem marginalem A. 2di Approbatalis
 cum Lutherana *receptam*, & non *Unitariam*,
 utpote præfato anno nondum existentem.

Quò interim annò Religiones in Principatu
 existentes sint *receptæ*, cum ad scopum hujus
 Dissertationis prorsus non pertineat, reverta-
 tur narratio nostra ad functiones BLANDRATÆ.

§. LXII.

BLANDRATA Præsidio Enyedienfi
 usus in suum scopum.




Quali missus sit destinatione ad Synodum E-
 nyediensem BLANDRATA, Litteræ Joannis II.
 loquuntur. Interim non otiosus Spectator præ-
 fuit Is Congressui duarum Religionum. Ut ut e-
 nim scripto fuerint ab utraque parte, *Luthera-*
na nempe, & *Calviniana* in medium producta
 argumenta tam pro præsentia, quàm pro ab-
 sen-



sentia Corporis, & Sangvinis Christi in Cæna Domini: illa tamen verbis Zelosius (ut fieri solet) urgebantur, unde factum; ut ex utraque parte ingeniorum facultates, argumentorum vim, ac subtilitatem, proponendi, atque respondendi promptitudinem intimè pervideret Præses, ingeniumque ejus in sinu suo omnibus præferret, cujus operâ brevi usurus erat.

§. LXIII.

BLANDRATÆ, & Francisci Davidis commertium.



Doctrina BLANDRATÆ hæcenus in Transsilvania aliter nota non fuit, quàm per Joannis Calvinii, Simleri, aliorumque monita, ac informationes (1) Transsilvaniensibus missas: „ quam propagare forte nunquam in animum „ induxisset BLANDRATA, nî tam aptum ad „ hoc munus hominem, qualis Franciscus Davidis erat, invenisset „ (2) „ Confitendum enim est, *inquit Joan. Seivert*, (3) Franciscum Davidis fuisse Virum magni talenti, infatigabilem, irremissum in proposito sibi scopo assequendo, eloquen-

(1) Benkô Trans. Tom. 2. p. 131.

(2) Quartalschrift. p. 321.

(3) Art. Davidis. p. 54.




„quentem, ac inexhaustibilem in rationibus,
 „quas ad suum planum stabiliendum adducebat,
 „seu deinde illud verum, seu falsum esset „

Eruditus, sed ambitione tumidus hicce Vir
 BLANDRATÆ familiaritatem sibi conciliavit,
 quam tanto facilius est consequutus, quanto Eum
 BLANDRATA habiliorem suæ Religionis præconem
 cognoverat. (1)

„BLANDRATA GYÖRGY, ait Cl. Bod - - vet-
 „te eszébe (vel maxime in Synodo Enyedien-
 „si) Dávid Ferencznek könnyen változó el-
 „méjét, le tfinálá alattomban a' lábáról, és a'
 „maga értelmére voná - - Kolosvári Alefius
 „Dienes volt akkor a' Király Papja - - ezt ízép
 „szinnel alattomban ki tfinálák a' Király mel-
 „löl, hogy Dávid közelebb eshetnék „ (2)

Nec BLANDRATA fuit ingratus in suum
 Profelitum, permovit siquidem Principem, ut
 Concionatorem Aulicum Alefium loco move-
 ret, Eique Davidem sufficeret. Unde proum
 erat Principem, ut BLANDRATA volebat, ad
 Socinianismum perducere. (3)

§. LXIV,



(1) Quartalschrift. l. c.

(2) Magyar Athen. Art. Dávid Fer. p. 57.

(3) Seivert. p. 57.



§. LXIV.

BLANDRATA habet jam discipulum,
sed occultum.



Habet jam discipulum BLANDRATA Franciscum Davidis, sed adhuc externe *Calvinianum*, cautis namque passibus utrique erat progrediendum. I. siquidem Status, & Ordines in Comitibus Mense Junio 1564 Thordæ celebratis ex illis tantum Religionibus eligendi concedunt facultatem Articulo VIII, quæ hætenus vigeant, sed & anno sequente 1565 in Comitibus Claudiopolim indictis ad diem S. Vincentii, seu XXII^m Januarii Articulis XXI. XXII. XXIII. *Lutheranæ*, *Calvinianæ*, ac *Papisticæ* Religionis fit tantum mentio: ergo non erat tutum Francisco Davidis, Concionatori jam Aulico, palam, & publice novo dogmate Articulos Principis auctoritate confirmatos impetere, ac infringere.

Clam tamen, & occulte ibi sua initia sumpsisse Socinianismum, unde plurimum sibi de jure timere debebat Concionator Aulicus, argumentis evincere non est opus, cum certum sit Joannem II. doctrinæ BLANDRATÆ alas addidisse.



„ Bétsepegteték (tseppetgeték) aít Cl. Bod
 „ (1) lassan lassan álnok mesterséggel a' Ki-
 „ rály elméjébe az Istenről való tévelygő ér-
 „ telmet. Midőn abban fáradoznának, hogy így
 „ vesztegetnék meg az igaz tudományt, Ká-
 „ rolyi Péter a' Kolosvári Oskola Lectora kez-
 „ dé vádolni elsőbben Dávid Ferenczet, hogy
 „ tévelygést hintegetne 1566dik *Eszkendőben*.
 „ Melly tévelygéseit attol fogva nyilván kezdé
 „ taníttani. „

Docet hoc & Cl. Kozma, dum ita scribit:
 „ (2) „ Ex annuientia Regis Albam Juliam An-
 „ no 1566 ad 24. Febr. Synodum indici curat,
 „ ubi cæpit disputatio fieri de Trinitate, & Uni-
 „ tate DEi „ item: (3) Franciscus Davidis
 „ Veritatem de Uno DEo agnoscens tenebris se-
 „ pultam excitavit, in lucem produxit, multa
 „ docendo, scribendoque toti mundo eam ma-
 „ nifestavit ab Anno 1566 „

§. LXV.



(1) Magyar Athenas. p. 57.

(2) Hist. MS. Lib. 1. C. I. p. 112. F.

(3) *ibid.* C. VIII. p. 212



§. LXV.

Initia Religionis Unitariæ
in Transsilvania.

Religionis novæ in Transsilvania initia uberius hisce pandit Cl. Jos. Benkö, (1) cujus auctoritatem hoc in passu sequitur etiam Cl. Kátóna (2), „Franciscus Davidis, qui a Lutheranis
 „ad Calvinianos transierat, cum BLANDRATA
 „familiariter conversatus, facunditate illius,
 „quâ multum pollebat, persuasus, relictis Cal-
 „vini dogmatibus, Socinianis se partibus addi-
 „xit.

„Erat tunc Principi a Sacris Concionibus
 „Dionysius Alefius, Lutheri primum, postea
 „Calvini doctrinam cum ipsomet Principe Jo-
 „anne II. sequutus.

„Quamprimum vero Davidis hypotheses
 „BLANDRATÆ fuisset amplexus, idem BLAN-
 „DRATA, gratiâ, quâ apud Principem plu-
 „rimum valebat, perfecit, ut remoto Alefio,
 „Davidis in successorem deligeretur; quo ob-
 „tento, Socini opiniones non Principi solum,
 „sed & reliquis Aulicis instillabant „

„ Pri-

(1) Trans. Tom. 2. p. 131.

(2) Tom. XXIV. p. 117.



„ Primum itaque Anno 1566 Religionis U-
 „ nitariæ dogmata publicari in Transsilvania cæ-
 „ perunt; primusque omnium fuit Petrus Káro-
 „ lyi Lector Scholæ Claudiopolitanæ, qui Fran-
 „ ciscum Davidis de nova accusabat Religione.

„ Proinde Anno 1566 15a Martii Synodus
 „ in Oppido Thorda congregabatur, in qua Fra-
 „ tres SS. Trinitatem profitentes Symbolum
 „ quoddam conscripserunt, GEORGIUS autem
 „ BLANDRATA propositiones suas per Theses,
 „ & Antitheses vulgavit „ ut adeo, merito di-
 „ cere possimus cum Cl. Kozma: (1) „ Ecce
 „ nunc incipit oriri instar auroræ in Transsil-
 „ vania Religio Unitariorum! „

§. LXVI.

Objectio e MSta Batthyániana Dissertatione.



Exllmus D. C. Eppus Ignatius Batthyáni in
 Dissertatione sua aliquoties laudata biographiam
 illam BLANDRATÆ, quam Cl. Petrus Bayle
 in suo Dictionario vulgavit, elevare volens,
 No XII. ait „ Anachronismus & ille magnus est,
 „ quod Bayle dicat BLANDRATAM cum Socio
 „ Francisco David adversus Calvinianos disce-

Q

ptas-



„ptasse Anno 1566. Enyedini enim Synodo
 „præfuit nomine Joannis Sigismundi Anno
 „1564. quod Diplomatice demonstravi. Ipse
 „autem suam doctrinam propugnavit Annis
 „1568. & 1569.

§. LXVII.

Solvitur præcedens objectio.

GEORGIUM BLANDRATAM Anno 1564 Synodo Enyediensi præfuisse, Eundem doctrinam suam annis 1568, & 1569 propugnasse certum est, idque ideo, quia Acta publica Synodalia, & Diætalia testantur; atqui hæc eadem repandunt BLANDRATAM cum Socio Francisco David Thordæ in Synodo ad 15^m Martii congregata anno 1566 adversus Calvinianos disputasse, (1) atque ideo: Cl. Bayleum nullum Anachronismum commisisse, sed potius Scriptores domesticos, præsertim Romano-Catholicos supplevisse, quod in extraneo Scriptore grata mente recolendum.

Profecto ille magnum committeret errorem, qui BLANDRATAM anno 1564 Enyedini disputasse, aut primo annis 1568, & 1569 in-

ca-

(1.) Benkő Trans. Tom. 2. p. 131. Lampe Hist. Eccl. p. 147. & seq.



cæpisse disputare, contenderet: Enyedini siquidem Lutherani, & Calviniani disputarunt *de Cæna Domini*, BLANDRATA, nomine Regis, præsidente.

Franciscus David autem, & BLANDRATA ante annum 1568 jam in Synodo Thordensi anno 1566, quod disputaverint, Acta præfatæ Synodi testantur apud Lampe. (1)

Quemadmodum igitur Exllmus D. C. Præsul censuræ subjiciendus haud est ideo, quod disputationis Anno 1568 Albæ Juliæ habitæ facta mentione, Thordensem anno 1566 servatam silentio premat; pari jure reprehendi nequit Cl. Bayle ideo, quod solius Thordensis disputationis meminerit, de Albana altum tacendo.

Cæterum: dignetur Exllmus D. C. Eppus patienter sustinere, ut, in defensam uberiores biographiæ BLANDRATÆ, quam Cl. Bayle dedit, disputationes, ac propositionum a GEORGIO BLANDRATA, & Francisco David vulgarum oppugnationes anno 1566, qui annus apud Exllmum D. C. Prælatum Anachronismum parit, habitas, ordine enumerare valeam.

Prima itaque disputatio, ac dogmatis Christi Divinitatem negantis impugnatio fuit Albæ Juliæ die 24. Februarii Anno 1566. testibus Sandio (2) & Kozma (3) Q 2 Al-

(1) Hist. Eccl. Reform. p. 147.

(2) Bibl. Antitr. p. 30. *Disp. 1^a Alb, &c.*

(3) Hist. MS. L. 1. C. II. p. 112.



*Alter*a disputatio fuit Thordæ die 15a Martii eodem Anno. (1)

Tertia disputatio fuit XXVII Aprilis Anno eodem. (2)

Quarta disputatio denique fuit Váshellyi-ni XIX Maji pariter eodem Anno. (3) Quis igitur audeat Cl. Bayle Anachronismi arguere? nî ad tantam lucem historicam sponte nictitare velit.

§. LXVIII.

BLANDRATA comitatur quidem Joannem II. ad Solimannum, sed Franciscus David operatur domi.



Inter arma silent quidem Jura, sed plurimum serpunt nova dogmata. Joannem Sigismundum his annis iteratos cum exercitu Maximiliani habuisse conflictus Scriptores Patrii prodiderunt. Et signanter anno 1566 Principem cum exercitu e Transsilvania egressum refert MStum Synchronum apud Cl. Katona (4) his verbis „His „ita constitutis XVI Junii (Bethl. Julii) quum „Princeps accepisset Solimannum jam Danubi- „ um

(1) Lampe H. Eccl. Ref. p. 147.

(2) Idem ibid. p. 151.

(3) Idem ibid. p. 159. Kozma l. c.

(4) H. C. Tom. XXIV. p. 212



„um attigisse, cum auxilio Divino movet Al-
 „bâ Juliâ, Devamque venit. Inde Murfiva-
 „ram, postea Lugosinum, ubi postridie quie-
 „vit. Ad Pantsovam e regione Belgradi, cis
 „Danubium XXVI Junii Castra posuit. - - Po-
 „stera die, quæ fuit XXVII Junii Solimannus
 „suam Triremem obviam Principi mittit, ac
 „præcipit, ut, copiis ibi relictis, cum Opti-
 „matibus Regni transeat „

Occasione hac usum fuisse Franciscum Da-
 vid (BLANDRATA enim cum Principe erat)
 Claudiopoli, ac in disseminanda nova Religione
 desudasse, vel id satis evincit, quod anno subse-
 quente e Synodo Váradinensi Litteræ Convoca-
 toriæ debuerint expediri contra BLANDRA-
 TAM, & Franciscum Davidis, aliosque inibi e-
 numeratos. (1)

Omnes tamen illos ex Aula Regia, quos
 e prælaudato MSto citat Cl. Katona, (2) *singu-*
los, ut devotissimos de Arii, & Socini familia
alumnos cum Cl. Veszprémio (3) traducere,
 tam alienum est a veritate, quam id asserere
 cum Eodem, (4) „ quod longe ante annum
 „ 1566 detestanda Arianorum labe, BLANDRA-
 „ TA Archiatro suo Consultore, semet coin-
 „ qui-

Q 3

(1) Lampe H. E. Ref. p. 176.

(2) Tom. XXIV. Hist. Crit. p. 219.

(3) Biogr. Medie. Cent. 2. Part. 2.

(4) ibid. p. 389.



„ quinauerit Princeps Joannes Sigismundus „
 „ teste siquidem Cl. Michaelae Kozma (1) „ ab
 „ Anno 1566 post disputationem Albæ Juliae
 „ XXIV Febr & sequentibus coram Serenissimo
 „ Joanne II. habitam cepit non Arianus, sed
 „ Unius DEi, qui est Pater Domini Nostri JE-
 „ su Christi Cultor fieri, etsi *nondum palam,*
 „ sed 1567 *publice* „

§. LXIX.

Princeps redux ad sedandos tumultus Synodum indixit nullo sequuto effectu.



Litteris Convocatoriis Varadinensium, aliisque motibus contra dogma BLANDRATÆ, ac Francisci Davidis conspirantibus, Joannes quoque Secundus non potuit non excitari; Ad sedandos itaque tumultus illos, de quibus MStum Francisco-Szaboianum Seculi XVI. hæc habet: (2) „ Akkori napokban hallottál volna egész „ Erdélyben minden helyeken a' köz néptől „ fok esztelen disputatiót, és pántolodást; Fa- „ lun, Városon, étel, ital között, estve, reg- „ gel, éjjel, nappal. Predikátoroktól a' predi- „ kállo fzékből fok káromlásfokot, és mod-nél-
 kül

(1) Hist. MS. Lib. I. C. XIII. p. 602.

(2) Inter MSta Bathyaniana.



„kül valo kárpálodáfokot, a' két Religio, ugy
 „mint a' Kálvinista, és Ariána Religion valok-
 „tol disputálást hallottál volna „Synodum in-
 „dixit Princeps Albam Juliam; Ast quo effectus?
 „discamus è Cl. Jos. Benkő (1) „BLANDRA-
 „TA, ait ille, in id interea incumbebat, ut
 „tempus protraheret, cümque Francisco Davi-
 „dis voce, & libellis editis animos hominum
 „sibi conciliarent. Nec spes eos fefellit, nam
 „horrendas, & abominabiles (2) quasdam I-
 „mages libro adjecerunt, cui Titulus: De
 „falsa, & vera Unius DEi (Patris, Filii, &
 „Spiritus S.) cognitione (Libri duo) Albæ
 „Julia 1567 „

„Mikor annyira mentenek, scribit Cl. Pe-
 „trus Bod (3) BLANDRATA, és Dávid Fe-
 „rentz, hogy a' Királynak, és más némely
 „Fő Rendeeknek elméjekben az igaz tudomány
 „íránt kételkedést szerezhettek, a' mellyet i-
 „gen segített az - is, hogy immár Lengyel Or-
 „szágban lábra kapott volt az a' tévelygés, a'
 „Lengyelekkel pedig nagy Atyafisága, 's ízo-
 „ros egygyebsége vala az Erdélyi Udvarnak,
 „melyben Lengyelekis fokban laknak vala, min-
 „gyárt könyveket kezdenek ki adni, mind

Q 4

de-

(1) Trans. Tom. 2. p. 132.

(2) Haner p. 281. Schmeiz. p. 56.

(3) Sz. Polikarp. p. 18. In Hist. Unit. p. 11.



„ deák, és mind magyar nyelven, a' mellyek
 „ által annyira meg zavarák az Ekklesiakot,
 „ hogy igen fokban el állának az jó tudomány
 „ mellől. Sok verseket, motskos iráfokot nyom-
 „ tatának ki az Elő Isten motskolására „

Quod uberius addit Cl. Vir in hæc verba:
 „ Adának ki egyet nevezetesen 1567ik eszt.
 „ Dávid, és BLANDRATA Esperefték nevek
 „ alatt „ admittere non possum, tum quia:
 BLANDRATA nunquam fuit in Transsilvania
Archidiaconus, tum quia præ manibus habeo
 Librum per Cl. Bod citatum: *Authoribus Mi-*
nistris Ecclesiarum Consentientium in Sarma-
tia, & Transsilvania titulum: ergo non sub
 nomine Archidiaconorum BLANDRATÆ, &
 Davidis editum, quamvis illi confarcinaverint.

§. LXX,

Audiendus hic Cl. Kozma.



Cum de libris ad initium Religionis Unitariæ
 in Transsilvania editis sermo inciderit, juvat
 Cl. Michaellem Kozma, velut Testem domesti-
 cum audire, qui apposite ultra ipsum Sandium
 ita scribit: (1) „ Post illam Synodum (1566
 „ *celebratam*) Catechismum quemdam conscri-
 „ pse-



„ pserunt, volentes breves -- propositiones cla-
„ rius exponere (additis multis aliis) sub hoc
„ Titulo: Catechismus Ecclesiarum DEi in Na-
„ tione Hungarica per Transsilvaniam, quæ re-
„ licto DEo quaterno Verbum Dei de Sacro-
„ sancta Triade Uno vero Deo Patre, & Filio
„ ejus D. N. J. Christo, ac amborum Spiritu
„ amplexæ sunt, simplicitateque pia, ac puri-
„ tate illud credunt, ac profitentur, Regiæ Mat-
„ tis Domini Nostri Clementissimi assensu, ac
„ voluntate excusus, & publicatus Claudiopoli
„ in Transsilvania, A. D. 1566. in 80. Præfa-
„ tionis subscriptio: Seniores Ecclesiarum Hun-
„ garicarum, reliquique Pastores, ac Ministri
„ Earundem.

„ Ex quo Catechismo, ait Cl. Kozma, &
„ propositionibus probabiliter colligi potest,
„ quod Franciscus Davidis, & GEORGIUS BLAN-
„ DRATA vel nondum erant satis illuminati
„ in doctrina Unitatis DEi, vel, quæ in Cate-
„ chismo proposuerunt, fuerunt tantum prælu-
„ dia, & velitationes ratione eorum, quæ de-
„ inde voluerunt aperire, volentes animos ho-
„ minum experiri, & gradatim, sensimque ad
„ majora tendere, & viam sternere „

„ Id vero manifeste patet, quod Franciscus
„ Davidis tunc temporis (scilicet 1566) fuit
„ Superintendens, sed non *Unitariorum*, sic


„ de-



„ deinde nominatorum, verum omnium Eccle.
 „ siarum Hungaricæ Nationis, quæ adhuc in
 „ Divinitate Trinitatem credebant, sed in Ar.
 „ ticulo de Cæna Domini ab Ecclesiis Saxonis
 „ discrepabant „

„ Postquam (*dicunt Ministri in Præfa.*
 „ *tione citati Catechismi*) disputatione satis su-
 „ perque rixosa Albæ Juliæ (1566. 24 Febr. &
 „ seqq.) coram sua Matte habita conscientiæ
 „ multorum in dubitationum discrimina fuissent
 „ conjectæ, quæ ex ambiguitatibus propositio-
 „ num brevissimarum, earundemque illis lima-
 „ turis mancis erant natæ, multiformiter dive-
 „ xarentur, ac propterea non multis post die-
 „ bus Reverendus, ac Clariss. Vir Dñus Franci-
 „ scus Davidis, Superintendens noster Synodo
 „ frequente in Oppido Vásárhely coacta juxta
 „ Ecclesiæ libertatem hæreditariam prædictas
 „ propositiones Albanæ disputationis cum limi-
 „ tationibus additis, nobis discutiendas propo-
 „ suisset, nostramque censuram de iis jure suo
 „ expeteret - - materiam ad expendendum pro-
 „ positam summa diligentia expendimus „ &c.
 Quartus hic erat congressus Ministrorum anno
 1566, ut vidimus superius Spho LXVII.

§. LXXI.





§. LXXI.

Observationes Criticæ.



Ad præmissam Cl. Historici Unitarii narrationem non nocebit Observationes quasdam criticas subicere in sequentibus:

a. Cl. Petrum Bod hujus Catechismi nullam mentionem facere, cum tamen contra alios libros per GEORGIUM BLANDRATAM, & Franciscum Davidis editos amarissime queruletur, (1) quin Casparem Heltaï sibi usque ad annum 1568 homodoxum vel verbulo reprehendat ideò, quod præfatum Catechismum publica luce donaverit. Certum siquidem est anno 1566 Claudiopoli nullam aliam fuisse Typographiam, quam Heltaianam. Malebat nempe Vir Cl. opus hoc silentio tegere, quàm hominem Calviniano-Reformatum Annunciationis doctrinæ Unitariæ in Typo primum Præconem extitisse.

b. Fatente Cl. Kozma ipsi Reformatores Unitarii BLANDRATA, & Franciscus Davidis año vel maxime 1567 incæperunt publice declarare, quid *in recessibus animorum suorum* habuerint; & tamen Catechismus anno 1566 editus, jam *Ecclesiarum* Catechismus vocatur; Ubi erant



rant hæ Ecclesiæ? cum incredibile sit illico anno 1566 Ecclesiam aliquam integram ex illis, quæ Trinitatem profitebantur, herbam porrexisse BLANDRATÆ, & Francisco Davidis, idque tanto minus, quod Medicus cum Principe hoc anno extra Transsilvaniam fuerit commoratus aliquot Mensibus.

c. Franciscus Davidis, ait Cl. Kozma, fuit anno 1566 *Superintendens*, sed non *Unitariorum*, verum omnium Ecclesiarum Hungaricæ Nationis, quæ adhuc in Divinitate *Trinitatem* credebant, & in *Articulo de Cæna Domini* ab Ecclesiis Saxonis discrepabant: igitur Catechismus nomine BLANDRATÆ, & Francisci Davidis editus Ecclesiis in Natione Hungarica per Transsilvaniam est suppositus, tanto id quidem a fortiori, quod non existentibus Ecclesiis Unitariis (erant enim Ecclesiæ Trinitatem credentes) nulli fuerint Seniores, Pastores, ac Ministri, aut si fuerunt, quorum, & ubi? alioquin:

d. Confitetur ipsemet Cl. Scriptor Unitarius proposita in Catechismo non fuisse doctrinam fundamentalem Religionis Unitariæ, sed præcise præludia, & velitationes ratione eorum, quæ deinde voluerunt BLANDRATA, & Franciscus Davidis aperire, placuit autem hisce prævie hominum animos experiri: igitur Catechismus

hic



hic nullo Titulo potest dici Catechismus Eccle-
siarum in Natione Hungarica; Imo „ certo
„ constare ex eadem Catechesi tunc temporis
„ Franciscum Davidis cum homodoxis non fu-
„ isse clare illuminatum in cognitione Unius
„ veri DEi, Christi, & Spiritus S. secundum
„ Religionem Unitariorum, sed antea creditæ
„ Trinitatis non obscuras adhuc fovisse reliqui-
„ as „ Interim:

e. Quem in edito Catechismo occurrentem
defectum Cl. Kozma refundit in nondum datam
claram illuminationem Davidi intuitu principio-
rum, ac dogmatum Unitariæ Religionis, hunc
ego attribuo tolerantia illi, quam BLANDRA-
TA Genevæ didicit, in Polonia exercuit, &
quâ tandem in Transsilvania, cooperante Fran-
cisco Davidis, omnibus Mysterium Trinitatis
adorantibus imposuit.

Legerit, proculdubio, Cl. Kozma in Hi-
storia Reformationis Polonicæ (1) è Synodo
Mordenfi recte eodem anno 1563, quo BLAN-
DRATA Cætui Unitariorum in Polonia valedi-
xit, ac in Transsilvaniam venit. Litteras ab Uni-
tariis ad Palatinum Vilnensem Nicolaum Radzivil
expeditas, in quibus significant Synodales „ Vo-
„ cabulum *Trinitatis* & si non omnino rejicere
„ se potuisse propter aliquos infirmiores, ma-

„ xi



„ xima tamen ex parte præsentī abusu illud pur-
 „ gaviſſe „ - - „ atque ita , ait Lubenietius (1)
 „ hanc quoque Synodum concordie conſervandæ
 „ idoneam , & commodam rationem , *toleranti-*
 „ *am* ſcilicet - - iniville „ Eadem erat determi-
 „ nationo Synodi Sorinſenſis anno 1567 die 29 Ju-
 „ nii celebratæ in verbis : (2) „ Pie , & ſancte
 „ Trinitas retinenda eſt ea lege , ut Fraterna
 „ charitas ex præſcripto Filii Dei fervetur , &
 „ alter alterius infirmitates toleret. - - Interea in-
 „ tegrum eſt per ſcripta de eo agere , ſed ita ,
 „ ne alter alterum calumnietur , conviciis pro-
 „ ſcindat , vel damnet , vel in privatis , vel in
 „ publicis „

Hanc proſecto *tolerantiam* volebant ad ini-
 tium ſimulare ſua Catecheſi , quam examini , ac
 iudicio Synodi Váſárhelyienſis ſubmiſerant Re-
 formatores Unitarii ; Aſt anno ſequenti 1567 ob-
 ſervantes Regis ad exemplum multos componi ,
 audacius ſemet exeruerunt , *tolerantiam* abje-
 cerunt , ſequē apertos hoſtes Trinitatis declara-
 runt , ut illico uberius videbimus.

§. LXXII.



(1) apud Sandium l. c.

(2) apud Euend. Hiſt. Ref. Pol. p. 219.



§. LXXII.

BLANDRATÆ Religio Anno 1568
in Transsilvania triumphat.



In priori disputatione Albana, ait Cl. Koz.
ma (1) 1566 XXIV Febr. & seqq. multo-
rum conscientiarum in dubitationum discrimina
conjectarum, cæperunt ad messem veritatis præ-
parari, & sub spatio duorum annorum ad - -
secundam 1568 Albæ Juliæ factam disputa-
tionem maturescere, veritatem agnoscere,
eamque recipere, amplecti, defendere „

„ Ut a Rege Joanne II. ordiar: credibile
est, quod Rex memoratus ante publicam e-
tiam istam disputationem *in conscientia* fuit
convictus de veritate istius Religionis, quæ
tam essentiâ, quàm personâ DEum Unum
esse docebat. Aut saltem *inclinationem* habe-
bat ad amplectendam eandem Religionem,
(cum jam 1567 primi Reformatores aliquos
libros Eidem dedicarunt „)

Multorum conscientias in dubitationum di-
scrimina conjectas, credibilitatem item allega-
tam de Joannis II. convictione in conscientia,
inclinationem denique Ejus tam parum probat
Cl,



Cl. Scriptor, quàm parum patent secreta cordium, ac affectiones internæ hominum, inclinationesque Historico: Unde dubitationum discrimina, convictionem in conscientia, aut saltem inclinationem Joannis II. intuitu Religionis Unitariæ prætendendo, tantum efficit Cl. Historicus, quantum ego eadem negando.

Missis itaque divinationibus, ac piis, ut dici amat, Hugonis desideriis, videamus Acta publica disputationis Albanæ anno 1568 Mense Martio habitæ in præsentia Principis, Aulæque Procerum.

„ Interlocutores præcipui, ait Cl. Kozma
 „ (1) a parte Unitatem DEi defendentium
 „ fuerunt *Franciscus Davidis* Superintendens
 „ (ut in initio primi diei Actionis habetur)
 „ *Evangelicorum*. Ad latus dextrum habens
 „ **GEORGIUM BLANDRATAM**. Quibus adjuncti
 „ fuerunt *Stephanus Basili* Prædicator Hun-
 „ gar. Kolosvárien. (qui primum erat Trinita-
 „ rius -- tandem ad Unitariorum sacra transi-
 „ vit) *Demetrius Hunjadi*, & *Paulus Zula-*
 „ *nus* Rector Scholæ Albenfis circa annum 1560
 „ (tum nondum Unitarius)

„ Interlocutores præcipui a parte Trinita-
 „ tem defendentium fuerunt: *Petrus Melius*
 „ Pastor Debreczinenfis, Ecclesiarumque Re-
 „ for-



„ formatarum ultra, & cis Tibiscum Superin-
„ tendens, cui assistebat *Georgius Czegledi* Pa-
„ stor Váradienfis. *Andreas Sándor* Pastor Dé-
„ vaiensis. *Paulus Turi* Pastor Bihariensis. *Lau-*
„ *rentius Parvus*, Klein, Kis, Pastor Ecclesiæ
„ Bisztriciensis. *Petrus Caroli* Rector Scholæ
„ Váradinensis.

„ *Arbitri* a Rege collati sunt utrinque, &
„ quidem a parte Trinitatem defendentium - -
„ *Mathias Hebler*, *Sebastianus Caroli*, *Cas-*
„ *par Heltai*, & *Nicolaus Insulanus*. (Szige-
„ thi) A parte vero Unitatem defendentium:
„ *Ludovicus Szegedi Stephanus Császmaianus*,
„ *Nicolaus Stairus* & *Paulus Karadi*.

„ *Scribæ* vel *Amanuenses*, quorum nomi-
„ na in calce disputationis exprimuntur, hi fu-
„ erunt: *Joannes Synning* Marosinus Pastor
„ Ecclesiæ Dei, quæ est in Kereszt-Ur Sicular.
„ *Martinus Albanus* Minister Ecclesiæ DEI in
„ Oppido Dees. *Benedictus Ó-vári* Rector
„ Scholæ Albanæ. *Gregorius Vagnerus* Scho-
„ læ Albanæ Collega. (1)

Disputatio inchoata est 8a Martii Hora V.
matutina in Palatio Majori Principis, duravit-
que 10 diebus continuis, cujus ordinem, argu-
menta, personas proponentes, & responden-
tes, verbo: Acta omnia intimius nosse cupien-
R tem



tem dirigimus ad alterutram editionem Heltaianam, vel Albanam: illa siquidem exceptio contra opus Heltaianum formata per Cl. Kozma, (1) quod alteram, quâ Calviniano Reformatus, adeoque *Trinitarius*, quâ Unitarius alteram editionem absolverit utramque æqualiter ferit, ut adeo: & hæc, & illa, vel nullius, vel ejusdem sit authoritatis.

Finis, ac exitus tam hujus, quam anno sequente 1569 Váradini VI. diebus habiti congressus erat, ut quilibet more solito, propriæ opinioni inhæserit; (2) BLANDRATÆ tamen, & Francisci Davidis dogmata eo ipso, quod per Principem reprobata non fuerint, triumphaverint.

„ Már három Vallásra szakadtak vala az Erdélyiek, inquit Cl. Bod (3) és három különös Püspöktől is igazgatattnak vala; a Reformáta Vallásra, 's ezeknek Püspökjök vala Alefius Dienes. Lutherana Vallásra, 's ezeknek Püspökjök volt Heblerus Mátyás. És a Szent Háromságot tagado Vallásra, 's ebben volt Püspök Dávid Ferencz. A' Romano-Catholica Valláson - is voltanak, de csak kevesen, azok - is a' Székellyek között, 's leginkább Csikban.

§. LXXIII.


(1) Hist. MS. Lib. 1. C. IV. p. 135.

(2) Seivert. Nachrichten p. 58.

(3) Sz. polikárp. p. 21. N. 9.



§. LXXIII.

Romano-Catholicæ Religionis Status
in Transsilvania.

Romano-Catholicæ Religioni addictorum pu-
fillum gregem, alias laudatum Seculi XVI. MS
Francisci Szabo hifce recenſet: (1) „ Mind a’
„ tájban itt Maros Váſárhelyt-is voltanak nagy
„ hánkodásban a’ Religio válogatásban, mert
„ majd fele a’ Vároſnak, ugyan a’ Nagygya,
„ az uj hærefiſt (2) BLANDRATAert bé vet-
„ te vala. Egy ſzoval: a’ Száſzokon kívül mind
„ az Orfzágba lako Magyarság ily veſzélyben
„ forgott akkoron. Csik, Gyergyó, Udvarhely
„ egy néhány Falukkal öſzve; Maros Széken is
„ az Havas alatt egy néhány Falu nem állottak
„ el a’ régi avas Pápiſtáság mellől, és a’ Ki-
„ rállynak-is nem volt módja abban, hogy
„ a’ Papokat perſequentialja, hanem a’ mái napig-
„ is meg marattak abba. Kolosmonoſtor, és
„ ott a’ tájban-is helyt állottak volt ebben a’
„ változásban, és perſecutioban, a’ kik máig-is
„ alkalmas ſzerént helybe vannak „

R 2

Sed

(1) Inter MS. Batthyániana.


(2) igitur Religio Unitaria non pridem erat nata in Trans-
ſilvania.



Sed nec Siculi Háromszékienses omnes Romano - Catholicam abjecerant Religionem, teste namque Joanne Szegedi (1) cujus authoritati libenter subscribit identidem Cl. Kozma, „ Dum „ Princeps Joannes Sigismundus de Zápolya, „ BLANDRATÆ Medici sui svasionibus, Arrio „ (Arrio) adjunctus, (vellet) ut populus omnis - - priscæ pietatis oblivione sensim induc- „ ta, Arrio (Arrio) facilius accederet, legimus tunc *Michaelē Apor* cum Consorte sua „ Nobilissima *Barbara Andrásfi*, veris ejus temporis Apostolis, in cavernis, cellariis, locisque occultissimis - - Sacrificia immaculata DĒo „ litantibus - - adfuisse - - hocque Zelô, exemplô, „ hortationibusque suis eam Siculiæ partem ab „ *Arrianismo* immunem, ac illibatam conservasse „

§. LXXIV.

Num Bernardinus Ochinus Professoribus Religionis Unitariæ in Transsilvania adnumerari possit, ac debeat?



„ **T**raditio Majorum est, ait Cl. Michael Kozma, (2) quod vel uno die Albæ Juliæ VII. Consilarii Regis (Unitariam) amplexi sint Religio

(1) In Synop. Belæ IV. §. XX. p. m. 131. 132.

(2) Hist. MS. Lib. I. C. V. p. 151.



ligionem. Verbo : Francisci Davidis, GEOR-
 GII BLANDRATÆ, Stephani Basilii, alio-
 rumque labore, & industria quaquaversum cæ-
 pit eadem Religio serpere post Albanam di-
 sputationem „

Scriptores Soc. olim Jesu haud contenti
 hac *Unitariorum* traditione, jam Isabellæ, ut
 superius vidimus, Consiliarios faciunt *Arianos*.
 Imo ipsis quoque Reformatoribus in Transsilva-
 nia Unitariis eos adnumerant, de quibus in sub-
 sidium vocandis nostri in Principatu *Unitarii*
 nunquam cogitarunt,

Exemplo rem doceamus: „ Ex Opusculo
 „ Jesuitæ cujusdam sub Titulo *Siculia* „ hæc
 (centies jam refutata) citat Cl. Senior: (1)
 „ *Petrus Petrovits* e Catholico primum Luthe-
 „ ranus, deinde Calvinista, postea *Arianus* fa-
 „ ctus quia frequens circa Principem erat, facile
 „ incauto adolescentis animo eandem doctrinam
 „ instillavit adeo, - - ut defuncta Matre - - cum
 „ *Arianis* consentiret, qua occasione GEOR-
 „ GIUS BLANDRATA multos in suum sensum
 „ brevi attraxit omnium Ordinum, & Conditio-
 „ num homines. - - Ad *Arianismum* sunt per-
 „ tracti multi Principis Consilarii Caspar Bekes,
 „ Caspar Kornisius, Christophorus Hagymásius,

R 3

Jo-



„ Joannes Gerendius. Eodem circiter tempore
 „ *Bernhardinus Ochinus* Italus Monachus Ca-
 „ pucinus Apostata, ex Calvinista Anti-trini-
 „ tarius factus, venit in Transsilvaniam, ibique
 „ dialogos quosdam, & Catechismum scripsit „

In confirmationem narrationis de *Ochino*
 „ addamus relationem *Bzenfzkianam* (1) „ De
 „ his (Anabaptistis) Stephanus Lakatos Paro-
 „ chus ad SS. Cosmam & Damianum in Sicilia
 „ in MS. sic habet: Hoc tempore ingressus est
 „ etiam *Bernardinus Ochinus* Monachus Capuci-
 „ nus Apostata, & primum Sectam Anabapti-
 „ starum annunciavit - - Is ex Italia Genevam
 „ se subtraxit Inquisitorum manus volens evi-
 „ tare, inde Tigurum, & Basileam venit, sed
 „ utrobique ejectus, inde in Germaniam, ac
 „ in Poloniam abiit, ex Calvinista *Arianus* An-
 „ titrinitarius factus, sed & inde abscedere co-
 „ actus, profugit in Transsilvaniam, ubi dia-
 „ logos quosdam, & multis Atheismis scatentem
 „ Catechismum scripsit, ac demum in An-
 „ gliam abcessit „

Petrovitium *Arianum* factum esse, non
 tantum Scriptores Societatis olim Jesu præten-
 dunt, sed & Cl. Kozma eorum autoritate, ut
 sæpe alibi, ita & hic deceptus, de Familiis Re-
 ligionem Unitariam Seculo XVI ornantibus a-
 gens



gens, conatur evincere *Petrovitsum* fatæ Religioni eximio decori fuisse, ait enim: (1)
 „ Quæ demonstrant *Petrovitsum* fuisse Virum
 „ qualificatum, & quidem talem, qui fuit ma-
 „ ximo ornamento Religioni Unitariæ, cui si-
 „ milem, quæ, & qualis Religio hodie glorian-
 „ do, Unitarios deprimendo, producet? „

Canat, pace mea, de *Petrovitsio* quicquid voluerit, Cl. Historicus Unitarius, modo prius hanc a me jam sæpius propositam difficultatem evacuet: Vir, qui vitam ultra annum 1559 suam haud produxit, Religionem post annum 1564 natam in Transsilvania, ornare non potuit ibidem; atqui *Petrovitsius* vitam suam ultra annum 1559 in Transsilvania non produxit: ergo Religionem Unitariam in Transsilvania ornare non potuit. Illud docet communis Historicorum, hoc tenet passim in sua Historia Cl. Kozma. In illatione nulla apparet rima, ut adeo præcise de *Ochino* restet opinio refellenda.

R 4


§-LXXV.





§. LXXV.

Bernardinus Ochinus Professoribus in Transsylvania Religionem Unitariam adnumerari nequit.



Præscindendo ab erroribus, in quos lapsus fuisse prætenditur Bernardinus Ochinus, Unitariæ in Transsylvania Religionis Alumnis Eum adnumerari haud posse, unica hac veritate evicerim: quod *Ochinus* nunquam fuerit in Transsylvania. Quia interim splendidior est in oculis Scriptorum Societatis olim JEsu hæc de *Ochino* assertio, quam ut unica per me allegata ratio ei tenebras offundere possit, uberiore est res examine subigenda.

Cum professionem fidei ab Ochino emissam non habeamus, ex ejus scriptis, quæ *Conradus Gesnerus* omnia recensuit, debemus eruere, cujus fuerit doctrinæ. Theodorus Beza (1) Eum vocat sceleratum hypocritam, Ariatorum clandestinum fautorem, polygamix defensorem, omnium Christianæ Religionis dogmatum irrisorem, sed judicium hoc est inimici, quem sequuntur reliqui. (2) Quodsi dialogi illius

(1) Epist. 1. p. 190.

(2) Obs. Halen. §. XXIX. p. 438.



ius excutiantur, ex iis non fautor Arianorum, sed apertus hostis demonstratur. In præfatione siquidem dialogi XIX inter rationes, cur illum scripserit, hanc quoque refert, ut eorum ostenderet errorem, qui se in materia de Trinitate suspectum habere inciperent. (1) Præterea: de Christi Persona, Satisfactione pro peccatis hominum, atque expiatione, bene sentit, Christi Majestatem ubique effert, quæ opponuntur, graviter evertit, per omnes fere dialogos Christum Dominum, ac Deum suum dicit, quæ omnia, quid aliud probant, quam *Ochinum Socinianum* non fuisse.

Sandius equidem, ipse Socinianus, Antitritariis adnumerat *Ochinum* communem opinionem sequutus, ubi merito illud Cl. Petri Gazzaniga usurpandum; (2) „ Sandio semper fides habenda non est, Sectæ enim, cui erat, addictus, famam augere studens, nonnullos „ obtorto collo ad Socinianorum castra pertraxit „

Imo ipsemet Sandius dubitat, (3) num iis accenseri possit, qui receptam de DEO Trino opinionem in dubium revocarunt; ait enim: *an inter eosdem fuerit Bernardinus Ochinus, certo asserere non auserim.*

Quid

(1) Obs. Halen. §. XXVIII. circa finem.

(2) Tract. de Trin. p. 19. sub 4.

(3) App. ad Nucl. Hist. Eccl. p. 90.



Quid quod Fratres quoque Poloni illum pro Socio non agnoverint, cum in historiis, & narrationibus de Unitariis Sandii Bibliothecæ adjectis nulla unquam fiat mentio Ochini. (1)

Scriptores itaque illi, qui Bernardinum Ochinum superius Socinianum fuisse prætendebant, non plus probant, quam Is, quem hic sequuntur, Florimundus; Hic namque assertionem suam simplici citatione Schluffelburgii probans, nihil probat. Dato interim, sed minime concessio, quod Ochinus Socinianus fuerit, Unitariorum tamen Reformatoribus in Transsilvania adnumerari nequit.

Bernardinus siquidem Ochinus ex Italia ivit in Germaniam, (2) Inde Genevam se contulit, ac mox Augustam. (3) Discedenti Petro Martyri in Angliam comes adhæsit Ochinus. (4) Ex Anglia reversus est ad Helvetios Genevam anno 1553. (5) Unde profectus est Tigurum, (6) ubi aliquot annos moratus, dialogorum duos libros evulgavit lingua Italica, (7) ob quos
ri-

(1) Observ. Halen. §. XXX. p. 439.

(2) Simler. de vita, & mort. P. Martyr. p. 13. Adami in vita. p. 36.

(3) Bzovius, & Sand. Bibl. Antitr. p. 3.

(4) Beza in vita P. Martyris.

(5) Sleidan. Lib. XXV. p. 808. Fulvia Morata Lib. 2.

(6) Bulling. Boxhorn. in Hist. Univ. p. 1144.

(7) Observ. Halen. §. XV. p. 413.



rigida hyeme Tiguro ejectus Basileam se contulit, ibique recipi petiit, sed frustra. Mulhusam inde se recepit, sed cum & ibi Bullingeri litteris peteretur, in Poloniam abiit sub initium anni 1564. (1) Addit uberius Melchior Adami: (2) „ Basileam venit nidum quærens, sed nec „ ibi locus ei datus. Itaque in Poloniam abit, „ quo ut venit, dicitur palam hypostasim Spiritus S. oppugnasse „ (dicitur, sed unde probas?) (3) „ sed nec ibi commorari ei diutius „ licuit. Quare in Moraviam ad Anabaptistarum „ conventicula se recepit, ubi & obiit „ Budzinius testatur (4) Poloniâ exactum in Moraviam concessisse, ibidemque Slavcoviæ elapsis tribus hebdomadis decessisse.

Igitur, ut deducta Ochini peregrinatio clamat, Is in Transsilvania nunquam fuit, atque ideo Unitariorum in Transsilvania Reformatoribus adnumerari nequit. Sed & dialogi, ut vidimus, sunt conscripti, non in Transsilvania, sed Tiguri, & quidem lingua Italica, quam Ecclesiæ Hungaricæ & Siculicæ ignorabant.

P. Stephanus Lakatos, cujus MStum citat Castrensis Capellanus Bzinzski, fuit Parochus
ad

(1) Ottius Annal. Anabapt. p. 142.

(2) In vita Bulling. p. 498.

(3) Observ. Halen. §. XXIII. p. 431.

(4) Hist. MS. C. 26.



ad SS. Cosmam & Damianum in Csik ab anno 1684, atque adeo annis 120 tardius, quam Ochinus vivere desiit: ergo etiam si quidpiam de Ochino retulisset in sua Adversaria integro seculo, & 20 annis remotus a fatis Ochini, præjudicare illis non posset, qui sui temporis Historiam conscripserunt.

Tanto autem minus probat documentum allegatum hodie, quod modernus animarum Cultor ad SS. Cosmam & Damianum A. R. D. *Joannes Keresztes* per me honorifice requisitus, Litteris ddo 19. Apr. - 806 in hæc verba responderit: „ sedulo evolvi omnes antiquissimas „ Annotationes præsertim A. R. Dñi *Stephani Lakatos* de Udvarhely - - sed de Monacho illo Apostata Bernardino Ochino ne quidem littera invenitur. Satis ego volvi, & revolvi „ omnes antiquas Annotationes Parochiales, ni „ hil tamen de Apostata Bernardino reperi „ ut adeo verum maneat Ochinum ex Polonia in Transsilvaniam non fugisse, neque Reformato-ribus Unitariis adnumerari posse.

§. LXXVI.

Conclusio Partis Tertiæ.

Posteaquam docui altera vice venisse GEORGIUM BLANDRATAM ad Aulam Joannis Sigis-



gismundi anno 1563, & quidem, ut Calvinus, Beza, Simlerus, Synodique in Polonia celebratæ perhibent, dogmati Sociniano addictum, successuque temporis Socinianæ professionis *Franciscum Davidis* non tantum participem per BLANDRATAM redditum, sed præcipuam novæ in Transsilvania Religionis curam Francisco commissam fuisse: Ubi recensui per BLANDRATAM Francisco David concredita dogmata tam Zelose fuisse disseminata, ut Religio *Unitaria* exundationis instar diffunderetur, (1) puto me Partis quoque Tertiæ metam attigisse, progressum siquidem ad adultam usque ætatem Socinianismi in Transsilvania persequi, esset splendente Sole lucernam accendere.


Tria tamen sunt, quorum primum nullus hætenus Scriptorum, quantum assequi potui, si-
ve Extraneorum, siue Domesticorum, præter
Exllmum D. Comitem Ignatium Batthyáni atti-
git. Alterum autem etsi lucubrationibus suis qui-
dam inseruerunt, non tamen docuerunt. Terti-
um denique plerique in suspenso reliquerunt. Il-
lud respicit annum Nativitatis GEORGII BLAN-
DRATÆ. Alterum mortis ejus annum. Ulti-
mum tandem mortis genus. Quorum intuitu sit
PARS



PARS QUARTA.

§. I.

BLANDRATA quô Annô natus?



Exllmus D. C. Præful Ignatius Batthyáni suam de BLANDRATA Dissertationem sic orditur: „ GEORGIUS BLANDRATA Pedemontanus Salucienfis juxta Georgium Soterium sæpius a „ nobis laudandum anno 1504 iniqua seculi sorte natus est „ Verum aut Amanuensis in citando Auctore aberravit, aut Dissertationem adornaturus Exllmus D. C. Eppus, pluribus intentus, non *Soterium*, sed alium aliquem voluit nominare, de anno namque Nativitatis BLANDRATÆ præfatus Scriptor nihil habet.

Neque posset annus Nativitatis BLANDRATÆ excitari, nisi rarissimum illud MStum Romanum in Bibliotheca Batthyániana existens, quod Processum de cæde *Georgii Martinusii* jussu




jussu Summi Pontificis Julii III. indictum repandit, nos manuduceret. In illo siquidem Testis *21us*, qui fuit „ Excellens GEORGIUS BLANDRATA Serenissimæ Dominae Isabellæ Hungariæ Reginae Physicus - - super generalibus „ interrogatoriis interrogatus, respondit, *se esse annorum XXXVII.*

Hî Triginta septem Anni, cum Fassionis emissæ anno, qui fuit 1553*tius*, si conferantur, atque e quinquagintatribus, Triginta septem subtrahantur, manifestum fit, GEORGIUM BLANDRATAM anno 1516 lucem hanc aspexisse.

Ne interim Soterii authoritatem, cui Exllmus D. C. Eppus deferre hoc in puncto videtur, intactam relinquam, dico: Dissertationis Batthyánianæ principium sumptum esse e Coronide Biographiæ de BLANDRATA per *Soterium* adornatæ, quæ sic habet: „ in Magistro ten- „ tavit anno 1588, dum octuaginta quatuor annorum esset „ Si namque e 1588 annis subducantur 84. consequens est nasci debuisse BLANDRATAM anno 1504, quod ex propria Medici fassione refutatum manet.

§. II.

BLANDRATA quô Annô mortuus?



Quam altum de BLANDRATÆ Nativitatis anno apud Scriptores silentium, tam proli-




lixæ de Anno Mortis ejus opiniones, quin ex omnibus certi aliquid possit enunciari.

Sandius, qui nullam injicit Nativitatis BLANDRATÆ mentionem, de Mortis ejus tempore sic titubat: (1) „ Senex vocatur tempore contentionis, quam habuit cum Francisco Davidis anno 1579. superstes adhuc erat, quando Bellarminus scribebat de Christo i. e. annô circiter 1585. Mortuus jam erat annô 1592, quando Socinus refellebat Wujekum, & fortasse jam annô 1586 „

Cl. Bayle duo ultima ex *Sandio* repetit, ipse autem de anno mortis BLANDRATÆ nihil statuit.

§. III.

Diversæ opiniones referuntur.



Omnium maxime erravit Kônigh dicendo: (2) „ *periit* -- anno 1560. Hoc enim anno nondum erat vel in Aula Sigismundi Principis. Et alioquin: annis 1566. 68. 69. BLANDRATAM cum Calvinianis, anno 1579 cum Francisco Davidis disputasse, authenticis est evictum documentis.

Hinc

(1) Bibl. Antitr. p. 28.

(2) Bibl. Vet. & Nov. p. 113.



Hinc puto ego apud prælaudatum Auctorem errorem typi cubare, numerum nempe 9. invertendo per incuriam loco 90. irrepsisse 60. Alterutrum velis, æque pugnare cum veritate, paulo inferius videbis.

Cl. Jacobus *Iselin* de morte BLANDRATÆ brevissime ait: (1) obiit anno 1592. quam conjecturam tam *Sandius*, quam *Bayle* supra citati refellunt.

§. IV.

Continuatur relatio opinionum.

Georgius *Haner*, (2) *Schmeizel* (3) & horum authoritati innixus Cl. *Petrus Bod* (4) dicunt GEORGIUM BLANDRATAM annô 1582 miserè periisse. Ast, si, teste *Sandio* supra citato dum *Bellarminus* de Christo scribebat, id est: annô 1585, adhuc superstes fuit, a nō 1582 nec miserè periit, nec placide obdormivit.

Schmeizel loco supra citato & alterius facit opinionis mentionem dicendo: aut ut alii habent, annô 1586 miserè periit: Cujus asserti & *Quartalschrift* (5) meminit his verbis: „ de infe-

S

lici

(1) in *Lexico Univ.* p. 512.

(2) *Hist. Eccl. Lib.* 4. p. 304.

(3) *Dissert. Epist. N.* 107. p. 55.

(4) *Hist. Unitar.* §. 51. p. 148.


(5) pag. 326.



„ lici BLANDRATÆ interitu diversa narrantur,
 „ Communiis Eum 1582, vel 1586 in Polonia
 „ suffocatum ferunt „ Huic sententiæ subscribe-
 re inferius producenda non admittunt.

§. V.

Singularis opinatio.



Ludovicus Maimbourg sæpius a Cl. Petro Bayle ob improbables de BLANDRATA relationes exagitatus, ad annum 1571 ait: (1)
 „ BLANDRATA furore correptus fuit, & post
 „ aliquot annos trucidatus est „ Aliquot hi anni
 vel superant annum 1579. vel non superant.
 Si superant: paulo ante enumeratis & rejectis
 opinionibus est accensendum assertum. Si non
 superant: BLANDRATAM adhuc anno 1579
 cum *Francisco Davidis* de invocatione Christi
 disputasse, publica Acta docent: ergo ab anno
 1571 usque ad annum 1579 non est *trucidatus*.

§. VI.

Soterii opinio refertur.

Georgius Soterius de morte BLANDRATÆ
 hæc prodidit (2) „ quemadmodum scien-
 „ tia Theologica summo ei incommodo fuit, ita
 Me-

(1) Hist. Arian. Tom. 3. p. 361.

(2) Trans. celebris MS. p. 74.




„ Medica ars vitam ei ademit. Cum enim Fra-
 „ tris sui Filius ex eo percontaretur, qua ra-
 „ tione facillime homo ex hac vita tolli posset,
 „ quin signa violentiæ apparerent? respondit ei:
 „ si longo arenâ pleno sacco homo supinè de-
 „ cumbens in orificio stomachi percuteretur,
 „ suffocatum iri. Artem hanc diabolicam in Ma-
 „ gistro suo tentavit a. 1588. die 5a Maji, dum
 „ esset annorum 84 „

Tria hic credenda nobis obtrudit *Soterius*,
 cum nullo documento suam fulciat narrationem.
Primo: discursum BLANDRATÆ cum Filio
 Fratris sui. *Secundo:* quod mors violenta annô
 1588 & quidem 5a Maji contigerit. *Tertio:*
 quod BLANDRATA anno 1588 suffocatus, fue-
 rit annorum LXXXIV.

Primum admittere absque nota levitatis,
 negare sine macula temeritatis haud possum.
 Alterum, cum documento destituatur, ego il-
 lud excitabo, quin tamen diem mortis figere
 valeam. Tertium est, quod jam §. I. propria
 BLANDRATÆ fassione refutavi.

§. VII.

BLANDRATA mortuus est Anno 1588.



Enumeratis, ac rejectis variorum opinationi-
 bus, dico: GEORGIUM BLANDRATAM
 mortuum fuisse anno 1588. quod assertum sequenti



doceo authentico documento (1) „ Georgius
 „ Alphonfi Blandratæ Filius - - quibus expedit
 „ universis. Postquam - - Exllmus quondam GE-
 „ ORGIUS BLANDRATA - - piæ memoriæ ob-
 „ servandissimus *proximis diebus evivis sit sub*
 „ *latus*, Isque in Testamento suo, quod ante
 „ obitum condidit, me rerum omnium suarum
 „ Hæredem ea lege constituerit, ut in fide, &
 „ Religione Christiana, ac Evangelica (2) quam
 „ , abdicato semel Papatu, amplexus sum, con-
 „ stanter perseverem. Si vero ad Papatum ite-
 „ rum redirem, hæreditate ipsa statim excide-
 „ rem, eaque ad alium Nepotem ipsius devol-
 „ veretur. Ergo id bona fide affirmo, atque
 „ promitto, me ullo unquam tempore, donec
 „ vivam, Religionem istam, quam probavi,
 „ & in qua complures jam annos vixi, esse mu-
 „ taturum. Quodsi secus facerem, (quod qui-
 „ dem ne mihi in mentem unquam veniat,
 „ Deum supplex oro) tunc paratus sum pœ-
 „ nam eam in Testamento expressam subire,
 „ nempe: ut omnibus facultatibus a dicto Pa-
 „ truo meo mihi relictis, priver, ac Fratri meo
 „ illico cedam: idque me facturum, & præsti-
 „ turum esse iterum, atque iterum in Dei con-
 „ spe-

(1) Ex Autogr. Capitulari.

(2) i. e. *Unitaria*. Vid. Bod H. Unit. p. 39. Mich. Koz-
 ma H. MS. Lib. 1. C. VI. p. 162.



„ spectu optima fide polliceor, ac confirmo;
 „ quin illud quoque addo: me incio Illustrissi-
 „ mo Principe Transsilvaniæ Domino meo Cle-
 „ mentissimo nunquam ex hac Provincia esse
 „ excessurum. In cujus rei memoriam, Fidem,
 „ & firmitatem præsentis litteras Chirographo,
 „ & Sigillo meo roboratas dare volui. Datum
 „ Albæ Juliæ. XXI die Maji. A. D. 1588.

Georgius Blandrata *m. pr.*

LS

Contextus hujus documenti clare perhibet
 GEORGIUM BLANDRATAM Annô 1588 vi-
 vere defuisse: illo namque Anno est mortuus,
 quô citatum documentum est confectum, quia
proximis diebus e vivis sublatum esse scribit
 Testamentarius Alphonfi Filius: jam vero do-
 cumentum productum Anno 1588 esse confe-
 ctum, & quidem XXI Maji, Conclusio Rever-
 salium docet: igitur nec prius, nec tardius est
 mortuus GEORGIUS BLANDRATA, quam
 Anno 1588.

Non tamen ætatis LXXXIV. anno, ut *Sote-
 rius* §. VI. dicebat, aut documentum e Calenda-
 rio Eberiano citatum habet, (1) sed ætatis Anno
 LXXII. Anno siquidem 1516 natus, si moriatur
 annô 1588, non 84, sed 72. annorum Senex

S 3

mi-



migrat ad plures, ut omni supputanti patet. (1)

§. VIII.

Cl. Veszprémi, & Bod refutantur.

Cl. Veszprémi multa, eaque fide dignissima referens de BLANDRATA, quo duce mortem ejus in annum nonagesimum Seculi XVI rejiciat, nondum comperi, ait enim: (2) „ a Filio „ Fratrís, quem Bonorum ex affe hæredem constituerat, in lecto jacens anno 1590 strangulatus est, quum prius cubitum concessurus „ optimo vino incaluisse „

Duo híc singularia asserit nominatissimus Scriptor, quibus ego subscribere nec volo, nec possum. Alterum: quod per hæredem constitutum sit strangulatus. Et: quod anno 1590 sit strangulatus alterum. Illud Spho ultimo hujus Partis refutabo: istud autem e Spho præcedente manet confutatum tantò evidentius, quantò documentum per me citatum est clarius.

BLANDRATAM demum anno 1611 fuisse trucidatum ad sensum quorundam apud Cl. Petrum Bod, (3) ne probabilitatis quidem speciem habet.

§ IX.

(1) Ex adducto documento patet: *Blandratam* non forte, & probabiliter, ut Cl. Kozma habet Sect. VI. p. 470. sed certo anno 1588 mortuum esse.

(2) Biogr. Medic. Cent. I. p. 21.

(3) Hist. Unitar. p. 148.



§. IX.

BLANDRATA quo mortis genere
sublatus?



Tristem vitæ exitum habuisse GEORGIUM BLANDRATAM passim referunt Scriptores. Cl. Bayle Patrem Maimbourg perstringens, dicit: (1) „ non mihi satis constat, quid credi debeat „ intuitu furoris BLANDRATÆ, (2) ast factum aliud certum est „ (nempe (3) quod occisus sit per unum ex suis Nepotibus, qui sustulit omnem ejus pecuniam) „ quod non intermiserunt tam orthodoxi, quàm heterodoxi „ attribuere judicio Dei „ Quia interim Cl. Petri Bayle hæc verba: *ast factum aliud certum est* ad duo referri possunt: nempe vel ad hoc; quod per unum e Nepotibus sit suffocatus. Vel ad hoc; quod mortem ejus judicio DEi attribuerent Scriptores non intermiserint, ideo determinate e duobus unum cum Patre Maimbourg asserere, quis audeat?

S 4

§. X-



(1) In Dict. Art. *Blandrata*.

(2) Furoris hujus meminit & Florimundus.

(3) Maimb. Hist. Arian. Tom. 3. p. 361.



§. X.

Socini, & Cl. Hoornbeck Sentimentum.

Fauftus *Socinus* BLANDRATÆ, dum viveret, intimus, gravissimis querelis contra BLANDRATAM profusis, hilce suam claudit narrationem: (1) „ quæ *fortasse* justissimo DEi judicio, quod gravissimum exercere solet contra tales *desertores*, (2) ei necem ab eo, quem suum hæredem fecerat, conciliarunt „

Hanc *Socini* sententiam particula *fortasse* affectam indubiam haud esse, nemo non videt. Accedit, quod *Socinus* fuerit in Polonia, GEORGIUS autem BLANDRATA in Transsilvania: igitur obitum Ejus ex aliis debebat intelligere, quos cum non citet *Socinus*, testimonium ejus, velut incertis rumoribus innixum, fidem historicam haud fundat. Quid quod: renunciatio Religioni Socinianæ gravissimum Dei judicium haud mereatur.

Cl. *Hoornbeck* ait: (3) „ a Fratris sui Filius in lecto jacens suffocatus fuit, sane non extra justam Dei ultionem in hominem, quem primum in istis Ecclesiis execrandæ hæresis, mul-

(1) Resp. ad Wujek. C. XI. p. 43.

(2) ergo test. Socin. deseruit Socinianos.

(3) App. adv. Socin. p. 25, 26.



„ multarum in Deum, & Ejus veritatem blas-
 „ phemiarum, librorum horrendissimorum, tur-
 „ barumque gravissimarum auctorem, non ali-
 „ ter, quàm singulari, diroque mortis genere
 „ occumbere oportuit „

Hæc celeberrimus Theologus si documento
 quopiam firmavisset, procul dubio Georgii quo-
 que *Soterii* relatio, de qua §. VI. actum, ple-
 nam obtineret fidem.

§, XI.

BLANDRATAM in lecto suffocatum
 multi scribunt.

Authoritate *Socini*, & Cl. *Hoornbechii* ducti
 Scriptores non pauci dicunt **BLANDRATAM**
 in Lecto suffocatum fuisse. Sic Cl. *Morerius*
 (1) ait: „ Hæresiarcha iste reliquit deinceps par-
 „ tem Unitariorum, fuitque suffocatus in suo
 „ lecto per unum Nepotum suorum „ *Königh*
 deceptus quidem quoad tempus mortis, ut vi-
 dimus §. III. genus tamen ejusdem hisce ex-
 primit: (2) „ Periit in lecto strangulatus per
 „ Fratruelem, quem hæredem constituerat „
Föcherus de anno mortis altum filens, genus
 interitûs **BLANDRATÆ** sic connotat: (3)
 „ a

(1) In Magno Dict. Tom. 2. p. 231.

(2) In Bibl. Vet. & Nov. p. 113.

(3) In Lexico suo p. 1124.



„ a Fratris Filio hæreditatis adipiscendæ causâ
 „ in lecto suffocatus est „ Joan. Adamus *Scher-*
zerus varia de GEORGIO BLANDRATA re-
 citans, (1) parenthesi sequentia includit : „ quem
 „ Fratris Filius in lecto jacentem suffocavit „
 Demum Cl. Christophorus *Hendreich* succin-
 ctam adornans Biographiam BLANDRATÆ,
 hæc subjungit de vitæ ejus termino : (2) „ mor-
 „ tuum, & quidem strangulatum in lecto a Fra-
 „ truele nonnulli asserunt „ Hæc a variis iis-
 dem fere verbis tradita, cum nulli innitantur
 documento, B. Lectori ne dubium quidem inji-
 cere valent.

§. XII.

Quorundam singulares opiniones.

Jacobus *Jselin* (3) breviter dicit BLAN-
 DRATAM „ violenta morte obiisse „ Cl. *Vesx-*
prémus (4) „ a Filio Fratris, quem bonorum
 „ ex asse hæredem constituerat, in lecto jacen-
 „ tem strangulatum fuisse, quum prius cubitum
 „ concessurus, optimo vino incaluisset „ refert.

Documenta illa duo, quæ in Quartalschrift
 (5) excitantur, necem violentam BLANDRA-
 TÆ

(1) In Colleg. Antifocin. p. 11.

(2) In Pand. Brandenburg. p. 596.

(3) In Lexic. Univ. p. 512.

(4) Biogr. Med. Cent. I. p. 21.

(5) Tomul. 5. p. 326. & 327.



TÆ perhibent: Primum in verbis: „ die 5a
 „ Maji 1588 BLANDRATA Albæ a Fratre pro-
 „ prio necatur. „ Alterum autem: „ BLAN-
 „ DRATA Francisci Socius Mense Majo 1588
 „ Albæ Juliæ obiit, ibidemque sepelitur inter-
 „ fectus ab Affine suo, qui ob thesaurum BLAN-
 „ DRATÆ adfuerat „

Omnes præcitatæ assertiones singulares de
 morte BLANDRATÆ continent circumstantias,
 quin illæ quopiam firmentur testimonio,

§. XIII.

Cl. Florimundi Opinio.

— — — — —
 C Celebris Scriptor Gallus *Florimundus Ræmun-*
dus multa (ut in decursu hujus Dissertationis
 videre est) de GEORGIO BLANDRATA absque
 testibus in medium proferens, narrationis suæ
 hanc facit Coronidem: (1) „ Quis exitus hujus
 „ hominis fuerit, quæris? quis alius quæso, ni-
 „ si eo dignus, qui & Principem, & Principis
 „ Gubernatorem, (2) adeoque tot animas per-
 „ diderat. Quum enim Anno MDLXXXVIII Al-
 „ bæ Juliæ in cubiculo horrendum nescio quid
 „ exclamasset, (3) & Nepos quidam ejus ac-
 „ cur-

(1) De ort. & progr. Hær. Lib. 4. N. 5.

(2) Error est. Petrovits enim nunquam fuit *Unitarius*.

(3) Hoc est fundamentum furoris, de quo Maimb. & Cl.
 Bayle.



„ currifset, quid sibi vellet, rogans, ille impe-
 „ tu in eum facto, fauces ei elidere conabatur;
 „ Juvenis verò arreptô, qui proximus forte ad-
 „ stabat, fabulô plenus, folliculô, tamdiu se
 „ defendit, ictusque toties repetiit, donec ca-
 „ pulari Seni animam e victo, & imbecilli corpo-
 „ re elisit. „

Quot in relatione hac sint asserta, quorum
 Scriptores ne quidem Domestici meminere,
 facta opinionum collatione, apparebit. Quia ve-
 ro illa absque tabulis, & testibus obtruduntur,
 ideo ab aliis rejiciuntur. Et jure merito: si nam-
 que narrationis Florimundi singulæ positiones in
 examen vocentur, stylus potius diductionis,
 quàm rei veritas se ostentabit. Emphaticæ liqui-
 dem huic quæstioni, *quis exitus hujus hominis?*
 haud condignam subjicit responfionem. Præter-
 quam quod enim Principem, & ejus Guberna-
 torem non BLANDRATA perdiderit, utpote qui
 jam antea, docente Cl. Florimundo fidem Roma-
 no-Catholicam abjecerant, tale quid asserit Scri-
 ptor Gallus, quod a veritate simpliciter ablu-
 dit, *Petrovitfius* enim nunquam habuit BLAN-
 DRATAM Præceptorem, utpote, qui e Roma-
 no-Catholico Lutheranus factus, in eadem Re-
 ligione ante Isabellæ mortem fatis cessit.


Deinde: *Nepos* ille *quidam* contra capularem
 LXXII. annor. Senem quare se tam valide debue-
 rit



rit defendere? & quidem inaudito armorum, aut instrumenti genere, *folliculo* nempe fabulo pleno, qui *forte* adstabat, non apparet. Sed & hoc quæstionem subit, quis illum præparaverit? quis, & quem in finem fabulo repleverit? quia *Nepos* ille *quidam*, ut narratio vult Cl. Florimundi, Eundem casu præcise offendit. Ut adeo: hæc omnia risui potius excitando, quam fidei historicæ in Lectoribus obtinendæ sint accomodata.

§. XIV.

BLANDRATAM in Polonia suffocatum dicunt aliqui.



Georgius *Haner*, (1) & cum illo Cl. *Petrus Bod* (2) dicunt: „BLANDRATAM discessisse „ tandem in Poloniam anno 1580 simul cum *Socino*, ubi a suo Cognato, quem hæredem bonorum suorum scripserat, annô 1582 suffocatum esse „ vel ut *Haner* habet: „ a Fratris „ Filio, qui opibus ejus ex Transsilvania ingentibus eductis, inhiabat, oppressum non sine „ ingenti *Socini* dolore interiisse „

Cl. Michael Kozma scribit (3) „ BLANDRATAM

(1) Hist. Eccl. Lib. 4. p. 304.

(2) Hist. Unitar. p. 148.

(3) Hist. MS. Sect 2. p. 467. & 69.



„ DRATA manfit cum Christophoro (Bathori)
 „ in Transsilvania, quod inter alia patet ex eo,
 „ quia 1579 condemnationis Francifci Davidis
 „ ipfe fuit partim caufa, faltem accusator apud
 „ Chriftophorum Bathori. Mortuo autem Chri-
 „ ftophoro 1581 - - ivit in Poloniam.

„ Antequam vero BLANDRATA difcede-
 „ ret ex Transsilvania poffeffiones fuas vendi-
 „ dit, quas multas habuit. - - & ita magna pe-
 „ cuniæ fumma ivit in Poloniam.

„ Sed heu quantis mutationibus funt res ho-
 „ minum obnoxia, apparet vel in BLANDRA-
 „ TA. Ille enim quanto honore erat cumulatus
 „ in Transsilvania, expertus eft novercantis
 „ fortunæ sortem in Polonia: Nam ibi BLAN-
 „ DRATA a Fratrif Filio - - oppreffus eft. „

GEORGIUM BLANDRATAM in Poloniam
 ad Stephanum Bathori Poloniæ Regem fubinde
 excurriffe, non negaverim, aft Eum una cum
 fubftantia habitatum in Poloniam difceffiffe, mor-
 temque ejus ibidem contigiffe, & Testamen-
 tum, & ftatim citandi Scriptoris testimonium
 non admittunt. Reverfales certe Georgii Blan-
 dratæ Alphonsi Filii fuperius §. VII. citatæ cla-
 re perhibent res omnes BLANDRATÆ e vivis
 fublatis in Transsilvania manfiffe.

§. XV.





§. XV.

Leonardi Rubeni opinio.

„ **L**eonardus *Rubenus*, inquit Cl. Bayle (1)
 „ oriundus e parva Civitate Essen in Germania,
 „ per plures annos in Livonia, in Lithvania,
 „ & in Transsilvania pro emolumento Religio-
 „ nis Catholicæ commoratus est. Anno 1588
 „ erat in Transsilvania, vulgavitque ibidem
 „ Theses de Idololatria Principi Sigismundo Ba-
 „ thori dedicatas, atque publicæ disputationi
 „ expositas, licet nullus comparuerit ad eas im-
 „ pugnandas „

In dicto opere *Rubenus* (fuit is Benedicti-
 nus) de GEORGIO BLANDRATA hæc scribit
 (2) „ BLANDRATA, cui cum sano ante ædes
 „ ejus affuissem, secunda nocte subito extinctus
 „ est; Utrum a Satana? an ab Affine? toto,
 „ quô fui in Transsilvania tempore sub Judice
 „ lis fuit. „

Testimonium hoc Synchronum certos qui-
 dem nos reddit de eo, quod BLANDRATA mor-
 tuus sit anno 1588, & quidem non in Polonia,
 sed in Transsilvania. Ast quo mortis genere? id
 tanto minus potest e narratione P. Rubeni deter-
 mi-

(1) Dict. Crit. Art. *Rubenus*.

(2) De Idolol. L. 2. C. 2. p. 71. Liber hic est rarissimus.
 Extat tamen in Bibl. Brukenthaliana Cibinii.



minari, quanto certius est distributionem ejus non esse adæquatam, cum nec a Satana, nec ab Affine, sed ab alio aliquo, aut ictu apoplectico potuerit e vivis sufferri.

§. XVI.

Conclusio Partis Quartæ.

Habes B. Lector Sphis præcedentibus non contemnendum illorum numerum, qui hominem toto vitæ suæ tempore desultoriæ fidei, ac Religionis (BLANDRATAM intelligo) tristem vitæ exitum habuisse testificantur, illumque secundum Cl. Bayle, Socinum, & celebrem Theologum Hoornbekium justissimo Dei judicio attribuendum.

Quia tamen is, qui exanime corpus BLANDRATÆ procul dubio usurpavit oculis, P. scilicet Leonardus *Rubenus*, de genere mortis nos haud convincit, absque nota temeritatis illud figi nequit.

Illud pariter haud credibile esse puto, quod a Filio Alphonfi *Georgio*, quem hæredem bonorum suorum Medicus constituerat, fuerit interfectus „ cur enim hæreditatis adipiscendæ studio „ mortem is intulisset, qui hæres scriptus erat? (reipsaque, ut Reversales testantur, eam adiit) „ pronius est credere ab illo sublatum (si tamen „ factum est) qui aut Testamentum ignoravit, „ aut se læsum indignatus est „ inquit Exllmus D. C. Eppus Batthyáni Dissertationis suæ No 10, & hîc meæ Spho ultimo: Dissertationis hujus

Finis.

Unitatariorum	Unitariorum.	6	18
qui	cui	23	7
Saceminenſi	Seceminenſi	25	13
Sincrona	Sinchrona	28	2
Wangerſcius	Wengerſcius	30	(1)
in Helvetiam	in Helvetia	31	14
in Helvetia	in Helvetiam	31	15
emiſſiſſe	emiſiſſe	38	4
modo	nüdo	43	11
ad eam retunſa	ad eam rem uſa	48	15
ſingula hac	ſingula hæc	54	5
ſunt	ſunt	55	ult.
valeat	valent	56	5
Iſtvánſium	Iſtvánſium	58	20
conditiones	conditionis	61	ult.
Brund.	Brand.	75	(7)

334.549

